de longum. Specialiter autem. Albumazar disputat contra negantes iudicia
astrorum et dividit ipsos in. 10. sectas. Et tangam breviter de qualibet secta duo
aut tria verba. C. Prima secta dicit q; planetis non esset aliqua significatio su-
per res que sunt in hoc mundo quies sub circulo lune. Quibus dicit Albumazar
q; omnes physiologi recordati sunt q; omnia substantia que mouetur motu
naturali efficit in essentiis rerum sibi coniunctarum per naturam conversiones
naturales: et hoc declarat in actione signis. Sed corpora celestia mouent motu na-
turali: ideo efficiunt in quattuor elementis sibi coniunctis per naturam conversiones
naturales. illiciunt ratione innuit. Albumazar in multis verbis. Posterioram
assumere contra illa sectam dicit Aristotelis primo metheorou. Necesse est mundus
inferior contingere esse latioribus superioribus: y itota eius virtus inde guber-

netur. ¶ Secunda secta est eorum qui dixerit quod planetis essent significaciones tantum super res universales: ut sunt quattuor elementa: et sunt genera et species. Contra quos Albusazar ponit inter alia talem rationem. Totum non est totum; nisi per partes suas: ergo si significant super totum scilicet super speciem opportet quod significant super individua que sunt partes specierum. ¶ Tertia secta est quorundam disputationum qui dixerunt quomodo planetis non esset significatio super possibile: sed solum super necessarium et impossibile. Et dicit Albusazar quod dissolut rationes istorum philosophus: et affirmauit possibile per multas rationes. Et inter alias ponit illam quam ponit Aristoteles in primo periar menias. scilicet quod non oportet consulari vel auxiliari. ¶ Quarta secta est quorundam qui aspergerunt in scia totius que est scientia circulorum et esse eorum. Isti differunt quod planetis non esset significatio super res que sunt et evenient in hoc mundo ex individuis animalium et seminum ac metallorum. Et quod eorum significatio esset super corruptionem vel mutationem reposum tantum. Et dicit Albusazar quod isti neguerunt negare hanc qualitatem. s. mutationem reposum esse ex fortitudine opis planetarum quod hoc ex eorum operatione inveniret et abs repulso est dedecus. Et postea arguit contra eos ex concessione. ¶ Quinta secta est eorum qui aspergerunt in scientia totius et annularerunt scias iudiciorum ex parte experimentorum. Et dixerunt quod iudicia astronomie non sunt verae: quod res pingunt per experimenta et minus quam potest veritas rei per experimenta est dum inuenitur bis in uno et cetero. ¶ Et hoc est impossibile in planetis: quod planeta certe fuerit in aliquo loco ex signis et fuerint certi planetarum aspiciente ipsum vel coniuncti et non revertantur ad ipsum certe ex signis nisi post multa milia annorum et non pervenit vita vniuersalium ad tantam qualitatem annorum quanto ergo est possibile hois ut inueniat planetas bis super unum certe quoniam probet ex redditione certi ad loca eorum quod significat. Quibus dicit Albusazar quod antiqui inveniunt planetarum natus et eorum significaciones ex multis rebus et diversis quarum quedam sunt particulares apparet: quedam vero universales. ¶ Particulares appetentes sunt quemadmodum inueniunt ex opere solis in calefactione et lune: in humiditate et putredine: et operibus planetarum in corruptione et mutatione aeris in die ac nocte. Universales vero quoadmodum inueniunt ex eorum significacione in revolutione annorum mundi et nativitatibus. ¶ Et breviter unus probatur est quod hoc in modo tamen potest experiri illa que coetera occurunt: sed quantum ad alia que raro sunt sicut sunt divisiones magne debet nobis sufficere dicta predecessorum nostrorum. ¶ Sexta secta est quorundam arithmeticorum quod pergitabat aspicere numerum stellarum et equationes ipsarum ex libro in quo est scia totius certissime. id. almagesti quem Ptolemaeus edidit. sed quod inveniunt loca planetarum per diversas tabulas et inveniunt tabulas diffire quantum ad loca planetarum. Iohannes dixerunt quod iudicium non sit vera ex quo non habent vera loca planetarum. Quibus dicit Albusazar quod astronomus cum de aliqua revolutione iudicare in hoc debet confidere ut alpicat naturas planetarum ac proprietates eorum et diuin signi vniuersitatis eorum sue exaltationis atque dominiorum triplicitatis sue. locum quoque eius ex angulo et succedentibus eius et casu eius ab angulo et penitus in eum in domo substantie et domo fratribus et ceteris dominibus circuli et postea iudicet. Gradibus vero signorum est significatio particularis qua videntur astrologi in quibusdam rebus propria. Si autem fuerit in loco planetae error et minutus vel gradus vno non ipse hoc magisterium iudiciorum. Et oportet eum qui exercet magisterium iudiciorum cum dederit ei calculator loca pla-

metar ex signis in quibusdam tibis ut indicet p ipsa loca in quibus sunt plane
te si significant illud vel illud. Veritudo vero gradus in quo loco sunt ex signis
suis secundum veritatem et super calculatorum et ab eis erigitur. Et ponit exemplum de medicis dicens: q medicus tenetur iudicare naturam vniuersitatisq
medicaminis et cui rei sit vnius et quib infirmitatibus pficiat. Insignia vero spe
cierum in regionibus et cap tributa a medicis non est exigenda: sed ab auctoribus
specierum. Ita est dicit ipse de iudiciis astrorum. Ad illum qui exercet iudicia perti
net solum defendere q planete significant super res huius mundi: et qd signifi
cent: et pertinet ad ipsum scire proprietates et naturas ipsum. Ad calculatio
rem vero pertinet verificare gradus eorum. Septima secta est eorum q repnile
runthancientiam eo q aperissent in ea et impossibile fuit eos peruenire ad id
quod voluerunt. Suntq inuidentes huius magisterij lectorum super scientia
eorum in ipsa: et repellunt scientiam magisterij iudiciorum propter iniuria. Isti
non est contradictione ut dicit Albumazar cuj sit corus negatio ad hoc magisteriu
m. Nam negator non debet constringi nisi per quod vincatur et cogatur venire
ad veritatem constantem. Octava secta est quo:da qui se iactat medicinali sci
entia: ut acquirant per eam non aii medici pbi et sapientes in magisterio medi
cine qui iam legerunt libros antiquorum in scientia medicine ac scierunt radi
ces magisterij eorum diversitate elemetorum seu temporum ac naturarum: corruptio
neum quoque eorum et cetera que sunt eis necessaria in magisterio eorum ex rebus sin
gularibus et rebus compositis. Isti nouerunt dignitates scientie iudiciorum
astrorum. Et scientia q scientia astrorum sit principium scientie medicine. Et uti
tur magisterio iudiciorum in magisterio medicine ut frequenter in cognitione
morborum et auguratione eorum et diminutione et in reponibus curatiis.
Multiplicaturq eorum recta intentio in magisterio eorum: et liberatur infirmi
per manus eorum. ac multiplicantur pfectus hominum pereos. Quidam vero
ex medicis ex his videlicet quorum imperitia abundat: ratio autem abbreviatur
in scientia quorundam que necessaria sunt illis ad hoc contendunt in magiste
rio suo ut preponant acquisitionem et postponant scientiam: denique contradixerit
scientie iudiciorum: et distent q non sit motibus planetarum in hoc mundo for
titudo. Contra quos Albumazar allegat dictum Hippocratis dicens. Et iam di
xit Hippocarus in libro aeris dum mentionem faceret de diversitate acri et ele
mentorum seu naturarum q res quas diximus de diversitate acri sunt in sci
entia astrorum. Et q scientia astrorum non est modica pars scientie medicine.
Nonna secta est vniuersitatis vulgi. Et isti dividuntur in duas sectas. quaz una
est eorum qui necluent dignitatem iudiciorum ceterarumq scientiarum q neq digni
tatem prescientie rerum digniorum hominibus apud eos est cui fuerit plus lib
stantie. De istis fuit prius dictum. Contra quos dicit Albumazar q substantia
et fortuna aptantur sapienti et insipienti: for i quoq et debili: homo non est lau
dabilis super hoc qd aptat ei ex hoc qd hoc non est aptatum et per scientiam suam
neq per insipientiam: neq per fortitudinem seu debilitatem suam. sed laudabilis super
sapientiam et cognitionem: qd dignitas homines s. p cetera animalia non sit nisi p
sapientiam et cognitionem et per cognitionem rerum que suerunt et q future sunt.
Et quibusdam interposi is dicit q dignitas rerum in homine est superiorum
scientia. Decima secta est etiaz vniuersitatis vulgi. Et isti repulerunt scientiam
huius magisterij propter hoc qd piderunt de multitudine erroris eorum qui se

faciant de ea: eo q[uod] vulgus recipit res per cognitionem apparentie. Et siq[ue] vidissent
 multitudinem erroris eorum qui se faciant de hac scientia in his que interrogantur ex scientia iudiciorum astrorum mendacem eam putantes repulcent: et refe-
 rent magistros huius scientie ad insipientiam et dixerint q[uod] est lanza cassa. Di-
 cit Albumazar q[uod] isti non sunt culpandi in contradictione magisteriorum hu-
 ius scientie: quia plurimi eorum qui se faciant de ea sunt homines insipientes
 et imperiti atque caduci. Et quibusdam interpositis dicit q[uod] uti exereant sub no-
 mine huius magisterij varias seductions quibus seducunt homines debiles
 vult dicere q[uod] quidam operantur geomanticam: vel per sorcellaria sub nomine
 huius scientie. Iste non querunt nisi lucrum. Et dicit cum isti interrogantur de
 aliqua retendunt in responsione ad rem: qua gratulatur querens: et sibi con-
 gruit volentes cum letificare causa cupiditatis sic. Nec sufficiunt de decem sectis
 quas ponit Albumazar. Et posset addi undecima secta. Et sunt illi qui di-
 cunt q[uod] ista scientia sit contra fidem. Quibus dico q[uod] ipsi non legerunt libros
 sapientium antiquorum: quos si legissent lecirent q[uod] scientia non est contra si-
 dem: immo pro fide. Non enim doctores huius scientie mundum creatum
 quod est primum fundamentum fidei. Dicit enim Haly Alberagel in prima par-
 te sui libri in capitulo de natura Iouis: q[uod] tempore quo deus incipit creare mun-
 dum posuit Iouem in ascidente. Et Albumazar in introductorio suo dicit.
 Et dicamus primum q[uod] motus circuiti sit a virtute prime cause. Et quibusdam
 interpositis dicit. Ecce qualiter per trahimus creatorum et rebus apparentibus
 et notis que pertinguntur sensibus q[uod] sit sempiternus habens virtutem ab aliis
 essentia finis immobilis et incorruptibilis altissimus sit nomen eius benedictus
 et exaltatum exaltatione maxima. Et de visione astronomie expedio me brevi-
 ter et pono divisionem quaz ponit Albumazar in introductorio suo magno. Due
 sunt species astronomie: quarum una est scientia totius. scilicet de circulis et moribus
 eorum. Secunda est ars iudiciorum astronomiæ. Hanc divisionem ponit etiam
 Ptolemeus in principio quadripartiti sui. Et Haly in commento idem. Pri-
 ma species est trypica perfecte et complete quantitate ad principia et conclusiones
 a Ptolemeo in almagesti. Uel posset prima species subdividi. Scientia de mo-
 ribus est duplex: quedam est in instrumentalis: quedam tabularis. Illa instru-
 mentalis est duplex: quoniam quedam sunt instrumenta ad obseruandum sive
 inuestigandum motus: sicut sunt regule Prolomei armille et consumilia. Aliis
 sunt instrumenta pro operationibus quotidiani exercendis sicut astrolabium
 sphæra solida et consumilia. Secunda species. scilicet ars iudiciorum astrologie hec q[ui]atuor
 partes principales. Quartæ prima est de interrogationibus. Secunda de nativitatibus.
 Tertia de revolutionibus annorum: et hec est duplex. scilicet de revolutionibus an-
 norum mundi: et de revolutionibus annorum nativitatuz. Quartæ de electionibus.
 De istis quatuor: partibus Haly Alberagel fecit unum librum completum. Ptole-
 meus autem in quadripartito omisit duas partes. scilicet de interrogationibus et ho-
 rarum electionibus. sed Haly qui commentauit ipsum: excusat ipsum dicens: q[uod]
 satis potest haberi iste due partes et his que Ptolemeus dicit ibidem: per istas tunc
 quedam alie ptes iudiciorum. scilicet de cōsūtūnib[us] magnis: de imaginib[us]: de figuris: de
 quibus partu vel nihil habemus. Aduerteremus autem plurimi antiquorum et etiam moder-
 norum q[uod] iste ptes essent difficiles ad intelligendum de benebus primo adiscere illa
 sanctam secerunt libros introductorios in quibus posuerunt principia et expo-
 d 2

fuerunt terminos quibus vtrum magistri iudiciorum. Inter alii s' introducto
rios liber Alchabici est magis approbatu apud modernos. Ideo dimissis
alijs de ipso ad prius intendimus. His visis ad litteram descendamus.

Postulata a domino. In principio iustus libri. Septem possunt
sit vultus. Tertio quis sit titulus libri. Quarto cum parti philosophie sup
ponatur. Quinto quando debet legi. Sexto de subiecto libri. Septimo de diui
sione libri. Intentio libri est patet facere scientiam iudiciorum astrorum. Vultus eius
patet: quoniam omnis qui vult scientiam iudiciorum incipere doctrinam huius li
ibri sufficiens erit ei: quam si bene intellexerit poterit omnes libros iudiciorum
per se intelligere. Titulus huius libri talis est. Incipiunt ysagoge Alchabici ad
scientiam iudiciorum astrorum. Et debet legi ante omnem libram iudiciorum
astrorum. De qua parte sit patet ex precedentibus. Est enim de parte scientiae iu
diciorum astrorum. Subiectum eius est illud quod est subiectum in tota astro
nomia iudiciali scilicet corpus celeste inquantum per motum et lumen causat ge
nerationem et corruptionem in rebus existentibus sub orbe lune. Diuisio libri
patebit in processu. Dividitur autem iste liber prima divisione in duas partes
scilicet in partem proemialem: et executivam. Pars executiva incipit ibi. In
 nomine domini zodiacus et cetera. Pars executiva dividitur in quinque partes
secundum quod dividit anchora in littera quas vocat quinq; differentia secundum quod
patebit statim. Pars proemialis potest dividiri in quattuor partes quoniam in
prima invocat divinum auxilium pro completione operis sui: et cum hoc ca
ptat benivolentiam regis sui ad cuius instantiam forte hunc librum co:npositum.
In secunda parte ostendit causa in sui libri sive motus qui mouit eum ad facien
dum hunc librum. In tercia parte excusat se de rationibus. In quartae parte
ponit divisionem sui libri. Secunda pars incipit ibi: cuius videlicet. Tertia pars in
cipit ibi: et non introduxi. Quartae pars incipit ibi. Et diuisi eis in quinque disti
renias: Primo breviter sicut homo fidelis petit a deo prolixitatem vite: ut pos
sit opus suum completere. Et petit durabilitatem honoris gladij regis et custodi
am operum suorum et ampliationem sui imperij.

Lum videlicet. In ista parte ponit causam que mouit ipsum ad facienda
hunc librum. Et dicit quod cum vidisset multos antiquorum fecisse li
bros introductorios ad scientiam iudiciorum astrorum et quodam ex eis non
posuisse omnia necessaria ad introductionem et quodam numis prolixiter tradi
sse ea que tradiderunt: et inter confusa dicta eorum perisse id est obscurata esse
illa que necessaria sunt ad introductionem. Et etiam quodam non processisse
in dictis eorum ordine discipline preponendo illa que debent preponi: et post
ponendo illa que debent postponi: sed fecisse contrarium. Incipit edere hunc
librum et collegit in eo ex dictis antiquorum ea que erant necessaria ad introdu
ctionem: et inutilia omittit.

Et non introduxi. Hic excusat se de rationibus et dicit quod non potest: sunt in hoc
libro rationes que sunt necessarie ad defendendum que dixi: quia
iste posse sunt in libro Ptolemei scilicet in quadripartito. Ibi enim Ptolemeus
confirmat iudicia per multis rationibus. Et dicit eisam se fecisse unum librum

de confirmatione iudiciorum ubi posuit ratlones ad hoc sufficientes.

Et diuisi eum. Hic ponit divisionem libri sui. Et dicit q̄ diuisit et in quinq̄ differentias ut patet legendo litteram.

I N nomine domini zodiacus.

pemio
incipit traciatus. Et p̄t diuidi in quinq̄ partes que sunt quinq̄ differen-
tie s̄m q̄ auctor diuidit in littera. Prima differentia est de esse circuli signorum
essentiali et accidentalē. Secunda est de naturis septem planetarum. Tertia quid
accidit septem planetis. Quarta de expositione terminorum sive nominum qui
bus vnt in magistri iudiciorum. Quinta de protectione partium. Secunda
d̄ria incipit ibi: et quia auxiliante deo. Tertia ibi: Nam ē planetarū. Quarta ibi.
Initium horum. Quinta ibi: et cuī notauerimus. Prima pars diuidit in duas
q̄m in p̄ma p̄ expedit se de esse circuli signorum cēntiali. Secundo de esse acci-
dentalē. Secunda ibi. Nam circulus figurā i omni hora. Prima p̄s potest diui-
di in quatuor p̄tes. In p̄ma determinat de divisione circuiti signorum et his que con-
sequuntur ipsam divisionē. In secunda p̄ determinat de dignitatibus planeta-
rum in signis. In tertia de figuris signorum. In quarta qd̄ habent signa ex mé-
bris hominis et qd̄ habent ex regionibus et plantis. Secunda pars incipit ibi
h̄nt quoq̄ planetē. Tertia ibi. sequunt̄ has figure signorum. Quarta ibi: et vnum
quodq̄. Prima p̄are p̄t diuidi in quinq̄. In prima parte ponit divisionē cir-
culi signorum. In secunda p̄t comparat ista ad diuinitez. In tertia compara ad
quatuor tpa annū: et ad quatuor estates: et ad quatuor humores. In quarta ponit ordi-
nem planetarum et exponit quo accipitur in. cum dicatur planeta est in signo.
In quinta addit quoddā de capite et cauda draconis. Secunda incipit ibi: et sex
ex his signis sunt septentrionalia. Tertia ibi: et vocatur illa quarta. Quarta ibi:
obibus autem planetis. Quista ibi significat ē per caput et caudam. Primo dicit
q̄ circulus signorum diuiditur i duodecim p̄tes eōles que vocant̄ signa et no-
minant̄ nominibus duodecim imaginū qui sunt in ipso circulo signorum que sunt
aries thaurus gemini. et. Et qdlibet signum diuiditur in triginta p̄tes eōles que
vocant̄ gradus. Et quilibet gradus diuidit in sexaginta et vocant̄ sexta et qdlibet secundū i sexaginta et vo-
cant̄ tertia. et quodlibet tertium i sexaginta et vocant̄ quartā: et sic usq; in infinitum.
C Circa istam p̄tem p̄t moueri duo dubia. Num est de numero signorum. Se-
cundum de ordine. De numero signorum disputat Albumazar dicens. Quidam
ex his qui diversa a nobis sentire contradictionē dicitis antiquorum in numero
signorum. Et dixerunt cur putatis q̄ signa sunt duodicim nec plus nec minus.
Quibus responderet Albumazar dicens: q̄ Aracis philosophus patefecit. 48.
imagines que sunt i circulo. i. in octava sphæra et earum nomina: et auctorizati-
runt eius sūniā omnes sapientes antiqui et concordaverunt cum eo super hoc. Et dico
decim ex his imaginib⁹ sunt in circulo signorum. Hac de cā dixerunt q̄ sunt duo
decim. Aliam cā assignat Albumazar dicens: q̄ philosophi in iuenerū quod
omnes res qui sunt et destruunt̄ in hoc modo sunt cōpositae ex clementis et omni
individuo q̄ efficiunt̄ et quatuor elementis sunt tria esse. scilicet. initium medium et finis.
Quatuor igit̄ elementa multiplicata per tria faciunt̄ duodecim: igit̄ signa sunt
duodecim. Tertia cā est quia per motū solis sit generatio et corruptio in rebus in
seriob⁹ et eius opus plus appetit in hoc modo q̄ opus aliorū planetarū. Et

ipse rotat in his dodecim imaginibus et sunt ei locus. Et secundum decursum eius in his duodecim imaginibus variant tempora anni. Ideo philosophi posuerunt duodecim imagines signiores significacione. Et attribuerunt significacionem uniuersalem. Tertie vero, frigida sive imaginibus attribuerunt significacionem propriam. Secunda dubitatio est de ordine et de principio. Aliquis enim possit dicere quare incepérunt ab ariete cum circulus non habeat principium neque finem. Ad hoc dicit Ptolemeus in. 156. propositio prime partis quadripartiti quod ideo est principium ab ariete, quia est signum masculinum; et agens est dignus passus et equinoctialis transit per ipsum; et ab inde, id est ab equinoctiali ictipit maior mutatio totius firmamenti. Sed aliquis dicere per istam rationem videtur quod initium debet esse a libra; quia est signum masculinum et equinoctialis transit per ipsum et maior motus firmamenti est ibi. Quod ergo incepérunt ab ariete potius. Quod a libra, post solum per dictum Ptolemei in. 1. q. o. propositio prima pnis ubi dicit quod principium in firmamento est ille locus in quo complexio ipsa est humidior sicut prima et as animalium est in qua complexio est humidior. Posset aliter dici quia ab ariete incipit generatio a libra vero corruptio. De ordine dicere ali quis quare posuerunt thaurum post arietem; et deinde gemini; postea cancrum. Dicit Albumazar quod quatuor sunt qualitates simplices elementorum. scilicet caliditas siccitas humiditas et frigiditas. Et duae sunt ex ipsis sic agentia. scilicet caliditas et frigiditas et aliae duae sunt sicut pacientia. scilicet siccitas et humiditas. Agentia autem sunt digniora patientibus. id est incepit ab agentibus. Et agentium unum est principium generationes. scilicet caliditas; et aliud principium corruptiois. scilicet frigiditas. Res autem prius generantur et corrupti: id est posuerunt arietem in principio quod est signum calidis et siccitatis de natura ignis quod est primo calidus. Et posuerunt cancrum in fine quod est signum frigidum et humidum de natura aquae quod est primo frigida. Et posuerunt thaurum post arietem; quod est signum frigidum et siccum de natura terre quae est primo fixa: quod siccitas terre conueniens est, caloris ignis. Et posuerunt signum geminorum ante cancrum. quod est signum calidum et humidum de natura aeris qui est primo humidus: et humiditas aeris est conueniens humiditati aquae. Ad evidenter predictorum intelligentem quod in octava sphæra sunt quadragesima octo imagines: in quibus est concordia apud omnes antiquos sic dicebatur. et sunt in eis. 102. stelle que dicuntur stelle fixe et mouentes omnes uno motu. scilicet ad motum octave sphærae in ceterum annis ferre uno gradu. Et antiqui posuerunt eas in sex ordinibus ita quod illas que sunt maiores posuerunt in primo ordine et sunt quindecim. Et que sunt infra has posuerunt in secundo ordine: et sunt. 45. Et que sunt infra has posuerunt in tertio ordine: et sunt. 205. Et que sunt infra has posuerunt in quarto ordine: et sunt. 474. Et que sunt infra has posuerunt in quinto ordine. et sunt. 217. Et que sunt infra has posuerunt in sexto ordine: et sunt sexaginta tria. Et his. 48. imaginibus. et sunt i via solis sicut dictum est et sunt. 346. Nomina eorum imaginum sunt aries, thaurus etc. Et remanet. 36. imagines quazz. 21. declinata via septentrionem 2. 15. ad meridiem. Que declinant ad septentrionem hysit ex stellis super radicem. 360. Et nomina imaginum sunt hec. Prima est vrysa minor. Secunda est vrysa maior. Tertia oraco. Quarta dnis flamine vel successus. Quinta canis latrans vel vulvula. Sexta corona septentrionalis. Septima icurnatus vel genitrix. Octava vultus cadens. Nonna gallina. Decima sedens super sede. Undecima deferens caput algol. et diaboli. Duodecima tenet habenas. et serpetarips. et serpens. et amnusa

for. 16. aquila volans. Alius liber hēt vultur volans. 17. delphīns. 18. equus pri
m⁹. Alius liber hēt caput eq. 19. equus secundus. Ali⁹ liber hēt equus alat⁹. 20.
mulier que non nouit virū. 21. est triangulus. Que vo declinant ad meridiē vñt
ex stellis supradictis. 216. q̄rum imaginum nomina sunt hec. 1. zima earum est
marinus leo quem qdā vñt appellat. 2. algebar. 3. canis validus. 3. flumē. 4. le
pus. 5. canis maior. 6. canis minor. 7. archa nove. 8. serpēs. 9. vas. 10. corn⁹. 11.
deferens leonem et ipsius medietas est humane figure et altera equi. 12. leopar
dus. 3. thuribulū. 14. corona meridionalis. 15. pisces meridianus.

Et ser ex his signis. In ista pte comparat auctor signa adin
compat ea q̄stū ad ptes mundi: vel q̄stū ad declinationes. Secundo q̄stū ad a/cē
siones. Tertio q̄stū ad qualitates. Prima in principio. Secunda ibi: t̄z ex illis
dicunt directe ascendentes. Tertia ibi: et vocatur medietas. Primo dicit q̄ lex ex
predictis. 12. signis sunt septentrionalia; quia declinantes aliena equinoctiali ver
sus polum septentrionalē. 1. a principio arietis usq; ad finē virginis. Et alia sex
1. a principio libre usq; ad finē piscis sunt meridionalia; qz declinat ab egnocia
li linea versus polū meridionale. Iuxta quam partē est uel ligendā q̄ egnocia
lis est circulus quem describit sol raptu firmamentū. s. per motum diurnum qñ
est in primo puncto arietis et eundem describit in primo puncto libre. Ideo vo
catur a ptolomeo equator dici et noctis: quia t̄scipio dies et noctis sunt eiusdem
longitudinis per uniuersum mundum vbi sol ortus et occidit. Ille ideo dico
quia duo sūt loca in mōdo sup q̄ sol nō ortur nec occidit qñ est in principio arietis
vel libre: et quorū vñt est sub polo arcticō et alter sub polo antarcticō. Cū sic posset
moueri illa q̄stio. Ut r̄ sub egnociaли sit habitatio. Cideur q̄ non. Ilaz vbi est
perpetua caliditas ibi non est habitatio: sed sub egnociaли est perpetua calidi
tas. sol enim semper currat semper illam partē et modicū declinat ab illa. Itē
auctor sphære dicit q̄ ḡnq̄s sunt zone in celo. quarum una est torida zona et illa
secundum eum est sub equinoctiali et ex utraq; parte usq; ad tropicos et due sub
polis et due medie. Ibi vult quod tres earum sunt inhabitabiles scilicet, torrida
zona propter nimis calorē et due existentes sub polis ppter nimis frigus et alie
due b̄m eum sunt habitabiles qz temperate. Breuiter ego credo cum annicenna
q̄ sub equinoctiali sit habitatio et optimā habitatio. Et breuiter pono vnam rō
equinoctiali est maxima temp̄teries: ergo t̄c. Maior est nota. At in ore declaro
sub equinoctiali enim dies et non sunt euales sicut dicunt est: et tantum potest
infrigidari aer in nocte sicut calcit in die. Item declinatio solis in maxime varia
tur ibi. Mutatur enim declinatio in uno die per. 24. minuta. id forte vix pot̄ ac
cipere quod sol trā seat directe supra capita eoz. qz hoc non accidit nisi sol intra
ret principiū arietis vel libre recte in meridiē. Item sol nūq; manet in eadē altitudine
super ipso: sed statim in instanti si eēt mox in istā variā altitudine. Ita enī
volociter sicut hūmum mobile mouetur accidit ad meridiē et recedit a meridiē.
Et vbi debet fieri magna calefactio oportet qdā radū infigan̄ per aliqd tēpus.
sicut videmus in speculo ardenti si mouere speculū nō incēderet festucas vel
alīa rē que opponerentur. Itē planete frigidū refrenat ibi caliditatem calidop: qz
oēs semp sunt ibi ppter qui q̄zis quidā dicāt q̄ planete nō causant frigiditatem
sed eoz frigiditas est calor minor. In veritate hoc non credo salua grā illorum.

Vident inquo eadem ca frigoris non facit tantum frigus in presibus multa septentrionalia, libus quatur facit i minus septentrionalibus. Posset enat prebari ronc. Si eti ita quod nullus planeta infloret frigiditatem sed caret caliditatem sequeretur quod presen tia saturni in estate estas fieret calidor; quod tale additus tali: facit ipsum magis tale: sed hoc non videmus quare zec. Et si diceret alijs quod minor caliditas sua temperat maiorem caliditatē solis sicut aqua tepida calida. Dic non valet; quod ibi sit mixtio materialis. In insuetis autem celestibus sit mixtio virtualis. Et est imaginandum in insuetis de maiori calore & minori sic de duobus ignibus calefacientibus unam ollam quorum unus est fortior alio. Certum est quod minor ignis non isfrigidabit ollam nec impedit fortiorē ignem in calefactione sua. Rationes in oppositum sunt solute: quia prima dicit quod est ibi perpetua caliditas. Dico quod non est ibi perpetua caliditas que impedit habitationem. Auctorem sphaere nego in proposito quantum ad hoc.

Et sex ex illis dicuntur directe ascendentia. Hec pars posset dividendi sed non est vis. Dicit breviter quod. 6. signa ex signis predictis ascendunt recte. z. 6. oblique. Recte ascendunt a principio canceri usque ad finem sagittarii. Alia 6. ascendunt oblique. Ista habentur ex tractatu de sphaera. id non est hic standum. Postea dicit quod tortuose seu oblique ascendentia obedient recte ascendentibus. Iuxta quod notadum quod si duo nascantur in gbusdu tribus in gbus omnis alie significaciones sunt pars quantum ad radicem superiorē & en inferiorē: sed unus eorum nascat sub signo directe ascendentē & alter sub signo oblique vel tortuose ascenden te. ille qui natus fuerit sub obliquo obediet alteri qui natus fuerit sub signo directo dum illa signa sunt eiusdem longitudinis a principio canceri. Clerbi gratia: ille qui natus fuerit sub geminis obediet ei qui natus fuerit sub cancero: & ille qui sub thauro ei qui sub leone. & ille qui sub ariete ei qui sub virgine & sic de alijs. Postea dicit quod qualibet duo signa que sunt eiusdem longitudinis a principio arietis dicuntur concordantia. sicut pisces & aries aquarius & thaurus capricornus & gemini: & sic de alijs. Et potest applicari sicut prius. Et hoc est ideo quia ascensiones illorum signorum sunt e^{qua}les. Et hoc est quod dicit auctor tractatus de sphaera. quilibet duo signa equaliter distantia ab alterius punctorum equinoctialium adequantur in suis ascensionibus. Postea dicit quod medietas circuli que est a principio leonis usque in finem capricorni vocatur medietas maxima propter ascensiones. Et est medietas solis: quia leo est dominus solis & ascensiones incipiunt ibi notabiliter augmentari. Et sol habet in tota illa medietate dignitatem sicut planetae in terminis suis. Et alia medietas est luna scilicet a principio aquarii. usque ad finem canceri: & illa vocatur medietas minima eo quod ascensiones notabiliter incipiunt ibi nominari. Et luna habet ibi dignitatem quam sol habet in maxima.

Et vocatur medietas. Hic comparat signa ad nuncem rati. Et breviter dicit quod medietas que est a principio arietis usque ad finem virginis est medietas calida: quia facit nobis estatem. Et alia medietas est frigida: quia facit nobis hivernem.

Et vocatur illa quarta pars. Hic comparat ista. 12. signa ad 4. tem

pora anni: et ad. 4. etates: et ad. 4. humores sive complexiones. Et dicit quod quar
ta pars quae est a principio arietis visus ad principium canceris est calida et humida
sicut vir et sicut etas puerilis et sicut complexio sanguine. Et alia quarta pars
quae est a principio canceris visus ad principium librae est calida et secca sicut etas: et sicut
secunda etas et sicut complexio colerica. Et alia quarta pars quae est principio
librae visus ad principium capricorni est frigida et secca sicut autumnus: et sicut
tertia etas quae est principium diminutionis: et sicut complexio melancolica. Et
quarta pars quae est a principio capricorni visus ad finem pisces est frigida et
humida sicut hyems: sicut etas vultus: et complexio slegmatica.

Omnibus autem planetis. Hic ponit ordinem. et plan
etarum et quod accipit
In quod dicitur planetae estin signo et patet in littera. Sed nota hic est. splicem acceptio
nem signi sicut ponit auctor sphaerae: et quia ibi inuenies non pono hic.

Habent autem planetae. Primi determinantur
aucto de divisione cir
culi signorum: et de quibusdam que consequuntur ipsam divisionem.
Hic vult determinare de dignitatibus planetarum in signis. Et dividitur in du
as. Quoniam primo determinat de dignitatibus essentialibus. Secundo de
accidentalibus: secunda pars est ibi: ex praetibus quoque planetarum accidenta
libus in fine huius differenter. Et Prima pars dividitur in duas. quoniam in prima
facit quod dicunt est. s. determinat de dignitatibus planetarum in signis. In se
cunda parte determinat de fortitudinibus quas habent in ipsis dignitatibus.
secunda ibi: et quia iam auxiliante deo. Et Prima pars dividitur in quinque par
tes sive quinque dignitates: quoniam primo determinat de dignitate planetarum
que vocatur dominus. Et Secundo de dignitate que vocatur exaltatio. Et Ter
tio de dignitate que vocatur triplicitas. Et Quartio de dignitate que vocatur termin
inus. Et Quinto de dignitate quae vocatur facies. haec ibi. he sunt exaltationes. tercia ibi.
triplicitates sic distinguuntur. quarta ibi. hinc quoque in unoquoque signo. quinta ibi. faci
es aut signorum. Et Prima pars potest dividiri in duas partes: quoniam in prima parte ordinat
que sunt dominus planetarum. Et in secunda parte quilibet ex parte solis et lunae habet duas
dominas. quartuina est ei magis principaliter: et illa vocatur gaudium. id ordinat que sunt il
le dominus in quod gaudet haec ibi: signa autem in quibus. Prima dividitur in duas. Pri
mo ponit determinandum de dignitatibus planetarum et ponit divisionem in lute
ra. Secundo persequitur ibi: dominus he sunt. Dicit quod planetae habent in signis predictis quas
dam dignitates seu potest per naturam et quasdam per accidentem. Que sunt per
naturam sunt dominus exaltatio triplicitas terminus et facies. De his autem di
gnitatibus quas habent per accidentem vult postea dicere.

Dominis he sunt. Dicit quod aries et scorpius sunt dominus martis
go domus mercurii: cancer domus lune: leo domus solis sagittarius et pisces
domos iouis: capricornius et aquarius domus saturni. Postea dicit quod. signum a
domo cum liber dicit eius detrimentum: ubi gra. sicut leo est dominus solis sic aqua
rins quod est signum oppositum leoni est detrimentum solis: et eodem modo intelligas de
aliis. Deinde duo quod duo signa que sunt dominum vni planetae dominum et cordantia in
ciculo. scilicet in circulo signorum sine zodiaco qui est latus in medio et in ligatu
ra stricta: iuxta polos. Ad quod intelligendum opere imaginari circulo a transversis p

principia signorum et per polos zodiaci: et totum spacium comprehensum iter quoslibet
duos circulos est unum signum sicut explicatum fuit in lectione precedente. Ista con-
cordantia videlicet multi partem facere ad hoc quod duo signa debeant esse domus unius
planetarum quodlibet duorum signorum que sunt domus unius planetarum dominum con-
cordantia in zodiaco quodcumque ad distantiam a dominis luminarium: et illo modo est veritas:
verbi gratia: gemini et virgo sunt domus mercurii et e qualiter distante a leone et a can-
cro quae sunt domus luminarum: et thaurus et libra que sunt domus venieris et qualiter di-
stant a leone et a cacro. Et hanc concordantiam iuuenies in libro Ptolemei assignat casum
quod leo est dominus solis et cacer dominus lune et filius de aliis in. 173. ppone et. 6. pro-
ponibus sequentibus pme pnis de dominis luminarum solis et lune dicit duo signa
septentrionalia que sunt propinqua zeniis capitum in forum quod alia et hac ratione faci-
unt calorem que sunt cacer et leo posuerunt ambo per dominos duos luminarum
magnis nobilibus. Leonem quod masculus dominus solis et cacrum quod feminus dominus lune
Haly dicit in commentario exponens verba predicta quod duo signa maxie septentrionalia
sunt cacer et gemini: sed gemini est signum calidum et humidum. ita non concordat cum
aliquo eorum. In hoc quod humectat non concordat enim sole qui calescit et desiccatur:
nec cum luna quod feminina est et nocturna. signum autem geminorum est masculinum et di-
urnum. Sed leo concordat cum sole: quod est signum calidum et secum. ita convenit ut leo sit
domus solis et quod luna sequitur sole. ita convenit ut dominus lune sit circa dominum solis.
Tunc dicere aliis quod ergo virgo non est dominus lune cum sit circa leonem qui est do-
mus solis. dicitur haly quod signum virginis non convenit lune: quod virgo est signum secundum
luna vero humida. Et per hoc posuerunt cancerum quod est humidus dominus lune. de
domibus alienis planetarum assignat duas casas: quod una accipit ab ordine plane-
tarum et signorum. Alia ab aspectibus. Breueri ut cocludat iteratione sua paucis ver-
bis vult dicere quod capricornus et aquarius sunt domus saturni quod hec duo signa
maxime distante a dominis luminarum et saturnus est superior omnium planetarum.
Et sagittarius et pisces sunt domus jovis. quod hec duo signa sunt iuxta domus
saturni: sicut Jupiter est sub saturno. Scorpio et aries sunt domus martis: quia
sunt iuxta domus Jovis sicut Mars sub sole. Libra et thaurus sunt domus ve-
neris per eandem casam. Et virgo et gemini sunt domus mercurii. Et si incepitur or-
dinem ab inferiori iuuenies idem: verbi gratia: virgo et gemini sunt iuxta domos lu-
minarum: et sunt domus mercurii: et mercurius sequitur post lunam in ordine: et sic
de aliis. Alia casum assignat accipit ab aspectibus et vult dicere quod saturnus est ma-
ior in fortuna: ita domus sue debet distare a dominis luminarum aspectu opposi-
to qui est aspectus perfecte inimicicie. Ita autem modo distante capricornus et aquarius.
Capricornus enim est in opposito domus lune. scilicet canceris et aquarii in opposito
domus solis. scilicet leonis. Et Jupiter est fortuna maior: ita domus sue debent distare
a dominis luminarum aspectu trino. id est aspectu perfecte amicicie. hoc modo distat sa-
gittarius et pisces: sagittarius enim aspectus leonem aspectu trino. et per se cacrum. Et
Mars est in fortuna minor: ita domus sue debent distare a dominis luminarum
aspectu quarto qui est aspectus medie inimicicie. Hoc modo distante scorpius et aries:
scorpius enim aspectus leonem aspectu quartio et aries canceris. Venus est fortuna mi-
nor: ita domus sue debent distare a dominis luminarum aspectu sextili: qui est
aspectus amicicie medie. Hoc modo distante libra et thaurus. Libra enim aspectus leo
nem aspectu sextili: et thaurus cancerum. Et relinquuntur mercurio duo signa re-

manentia s. virgo et gemini que sunt iuxta domos luminarii: quod mercurius non potest elongari a sole ultra unum signum; immo non potest elongari a sole secundum equationes tabularum alfoncii ultra 28. gradus et 7. minuta.

Signa autem in quibus. Cum libet quicunque plane tarum habeat duas domos ostendit que sit dominus principalis cuiuslibet eorum. Dicitur quod saturnus gaudet in aquario. Iupiter in sagittario. Mars in scorpione. venus in thauro mercurius in virgine. Dicitur quod sol exaltatur in 19. gra

Hoc sunt exaltationes. du arietis. et ceteris. Litera plana est.

Ptolemeus assignat quam exaltationem planetarum in 199. propositione prima partis quadripartitae et in 6. sequenti. Vult dicere quod ideo aries est exaltatio solis: quod dum sol intrat arietem dies incipiunt augmentari supra noctes et calor eius incipit ibi apparere magis. Et libra est casus eius. quod ibi incipit ut noctes augmentari super dies et calor incipit ibi diminui. Et quod saturnus est oppositus soli: quia ubi crescit calor minuit frigus et contrario. id libra est exaltatio saturni. aries vero casus. Et cum luna contingit sol in arietate incipit lumen eius primo apparere in thauro: id thaurus est exaltatio lune et scorpio casus eius: quod est signum oppositum. Et quod Iupiter facit ventos septentrionales et cancer est signum septentrionale. ideo cancer est exaltatio Iouis et signum oppositum. et capricornus est eius casus. Et quod mars est radens per naturam et proprieatem cui fuerit in capricorno multo magis conatur: quod inclinat ad partem meridici. id capricornus est exaltatio sua et est signum oppositum exaltationis Iouis. et cancer est eius casus. Et quod venus naturaliter humectat et maxime cum est in piscibus. ideo pisces est exaltatio venoris et signum oppositum scilicet virgo casus eius. Et quia mercurius desiccatur per se et hoc est contrarius veneri. ideo virgo est exaltatio sua quod est signum oppositum exaltationis venoris. et pisces est casus eius. Albumazar assignat fere casus de causis licet alijs utatur verbis. et accipit eas a Ptolomeo. ideo sufficiant ista de causis dominorum et exaltationum.

Triplicates vero. Primum determinavit auctor dominus et do mibus et exaltationibus planetarum. Hic determinat de triplicitatibus. Et quia aspectus concomitantur triplicates. ideo determinat ex consequentiis de aspectibus signorum. Et secundum hoc pars potest dividiri in duas partes. In prima determinat de triplicatibus. In secunda de aspectibus ibi. secunda: dicuntur et signa se aspicere. Prima pars possunt dividiri in duas: in prima facit quod dictum est. In secunda ostendit que sunt signa mobilia que fixa que coia: secunda ibi. quatuor quoque ex his signis. Prima pars dividitur in .4. partes secundum .4. triplicates. se cunda ibi. triplicates. tercia ibi: triplicates. quarta ibi quartam vero triplicates. Prima in duas. In prima terminat de ipsis triplicatibus in generali. In secunda in speciali. Prima in principio. secunda ibi: aries leo et sagittarius. Dicit primo quod omnia tria signa quesunt eiusdem nature facilius una triplicitate. Postea dicit quod aries leo et sagittarius faciunt primam triplicatam. quod illa tria signa sunt eiusdem nature scilicet ignea: malaculina: diurna: calida et sicca sapore amara. et hec tria signa sunt orientalia. Et ista triplicitas sicut que libet aliarum habet tres dominos qui vocantur domini triplicitatis. Primus dominus huius triplicitatis in nativitatibus vel questionibus vel quibuscumque

alijs rebus que sunt in die est sol. Secundus est Jupiter. Tertius est saturnus. In rebus que sunt in nocte primus dominus huius triplicitatis est Jupiter. secundus sol. tertius saturnus. Notandum est hic quod dicit albumazar in introductorio suo qd primum signum istius triplicitatis scilicet aeris facit calorem temperatum secundum. s. leo facit calorem letentem. tertium. s. sagittarius facit calorem corruptem. Quando aliquod istorum signorum ceciderit in ascendentem coniunctionis vel oppositionis solis et lune in tempore hyemali temperatur frigus. In tempore estivali sit calor excessus maxime si dominus illius signi fuerit presens in illo signo vel in aliquo angolorum aspiciens ipsum ascendens. Postea dicit qd thaurus virgo et capricornus faciunt secundas triplicitatem qd sunt eiusdem nature quia omnia tria sunt feminina nocturna terra frigida et sic et melancolica sapore acria meridiana. Huius triplicitatis domini sunt in die: primus venus: deinde luna: deinde mars. Et in nocte luna primus deinde venus: deinde mars. Dicit albumazar qd primum signum huius triplicitatis facit frigiditatem temperatam confortantem animalia et segetes. Secundum facit frigiditatem ledentem. Tertium corruptem. Quando aliquod istorum signorum cadit in ascendentem coniunctionis vel oppositionis solis et lune in hyeme et maxime capricornus fit frigus maximus: maxime si Saturnus fuerit in ipsa triplicitate. Deinde dicit qd tertiam triplicitatem faciunt gemini libra et aquarius: qd sunt eiusdem nature. sunt enim masculina diurna sanguinea calida et humida aerea occidentalis sapore dulcis. Eius dominus i die primus est Saturnus. secundus Mercurius. tertius Jupiter. In nocte primus est Mercurius. secundus Saturnus. tertius Jupiter. Et Albumazar dicit qd primum signum huius triplicitatis facit vetos temperatos confortantes et dulces. Secundum facit ventos noctivos. Tertium facit ventos dissipantes animalia et segetes. Quando aliquod istorum est ascendens in hora coniunctionis solis et lune mouent venti in illa lunatione. et similius intelligas de oppositione. Postea dicit qd quartam triplicitatem faciunt cancer scorpio et pisces: quia omnia tria sunt feminina nocturna septentrionalia aquatica frigida et humida sapore salsa. Quis dñi sunt in die: primus venus. Secundus mars. Tertius luna. In nocte primus est mars. Secundus venus. Tertius luna. Dicit albumazar qd primum signum huius triplicitatis facit humiditatem temperata. Secundum abundantem. Tertium distruentem. Qui aliqd signum est istorum fuerit in ascendentem coniunctionis vel oppositionis solis et lune pluviendus de pluvia illo mense. Ab ista enim triplicitate et in venere et a luna maxime icipit pluvia. Dicit abraham auenevre qd si in coniunctione vel oppositione que prece dit introitum solis in arietem: sine fuerit coniunctio sine oppositio fuerit aliqd istorum signorum ascendens: tunc hoc luminaria fuerit in angulis. I. in ascendentem vel medio celi: vel in occidente: aut in angulo medie noctis erit nimia pluvia in illo anno. Sed si luminaria fuerint in casu ab angulis non descendet pluvia in illo mense et in maiori parte illius anni. Et ego exptus suis pluribus qd qn ascendens coniunctionis est signum aquaticum: et luna ante opponenit intrat illud signum i eodem die qd luna intrat gradum qd fuit in ascendentem incipit pluvia et durat ad minus tantum quantitas luna morat in illo signo. Et suo modo intelligas de vetosis signis et frigidis. Hoc inveni per experientiam: sed postea hoc inveni in libro Abraham auenevre. et multum gaudens fui: qd magis sui certus de veritate: sed abraham dicit qd hoc maxime est verum si signum ascendens fuerit aliquis angulorum signum

re illius terre hoc intelligo de figura revolutionis illius anni in terra illa. Illa. n. di
uersificat sibi diversas regiones. Et si quis fuerit alius ager figura illius terre et sit
nubes sine pluvia. Cae. triplicatum fere sunt eadem cum causis domorum; sed praescio.

Quattuor quoque ex his signis. 31 Hic ostendit quod
bilia et quod fixa et quod media sunt conia. Et assignat casus et ponit exempla. Ira est plana.
C. Notandum est hic quod Ptolemy dicit in. 22. propositione centiloquij. Mo
na vestimenta facere vel exercere luna in leone exire tumendum est. Et dicit Ha
ly in commentario eiusdem proposito quod omnia signa fixa in hoc sunt prohibita; et marie leo;
quia cum hoc quod est fixum et signum magne victorie; et significat vitoriam omnium regum qui
exercunt et malum dominum in eis. Et dicit quod per exercere intendit Ptolemy scin
dere et suere. Per exercere intendit induere et vivere hoc possumus accipere regu
lam quod omnes res quas volumus here fixas debemus incipere luna existente in si
gno fixo; sicut edificare domos et cetera. Et res quas volumus citio mutare debe
mus incipere luna existente in signo mobili sicut inter et cetera.

O Scuntur autem signa secundum aspectum. Primum anctior determinauit de digni
tate planetarum que vocatur triplicitas. Et quia triplicitas accipiunt a
trino aspectu; ideo in hac parte incidentaliter determinat de aspectibus: et potest
dividiri in duas partes: quoniam in prima parte determinat de aspectibus. In
secunda parte de projectionibus radiorum. Secunda ibidem vero fuerit plane
ta in aliquo signo. Prima pars potest dividiri in quatuor partes sibi quatuor
aspectus. In prima determinat de aspectu sexuali. In secunda parte de aspectu quar
to. In tercia de trino. In quarta de opposito. Secunda ibi: et aspectus quartus ante se.
Tertia ibi: et aspectus est quartus ante se. Quarta ibi: et aspectus est septimus. Dicit primo si
gna duxit se aspectus hoc modo. Omne signum aspectus tertium post se et quartum ante se si
cuit arietes aspectus signum geminorum quod est tertium ante se: et signum aquarii quod est ter
tius post se. Et hic aspectus de sexulis est quod tenet sextam partem circuli. scilicet 60. gradus quod
est quantitas duorum signorum: et vocatur hic aspectus: aspectus amiculus medius et potest
esse rectus: quia quelibet duo signa isto modo distantia conueniunt in una qualitate et
cum hoc in sexu: verbi gratia: aries et gemini conueniunt in caliditate et in masculinitate:
et similiter aries et aquarius: taurus et cancer conueniunt in irriditate et fe
mininitate: et similiter taurus et pisces: et sic intelligas de omnibus. Postea dicit quod
quodlibet signum aspectus quartum ante se et quartum post se: et iste aspectus dicitur
tetragonius sive quartus: quia tenet quartam partem circuli. scilicet 90. gradus quod est qua
ntitas trium signorum. Et vocatur hic aspectus: aspectus inimiculus medius: quod est
duo signa hoc modo distantia repugnat aliquando in una qualitate: aliqui in am
babus: discordant etiam in sexu: quod si unum eorum est masculinum: alter erit femininum.
Et hec est causa in moribus acutis: ut plurimum sit crux cum luna venerit ad
quartum aspectum loci in quo fuit in principio morbi: maxime si fuerit repugnantia
in ambabus qualitatibus: et communiter sic sit crux in lumbis: verbi gratia: si lu
na fuerit in principio egreditur in aliquo signo triplicitatis ignis maxime in
ariete cum venerit ad quartum signum quod repugnat in ambabus qualitatibus: et in
sexu communiter sit crux ad lumbum sicut si fuerit in ariete quartus aspectus erit in
cancro: si in leone quartus aspectus: erit in scorpione si fuerit in sagittario quar
tus aspectus: erit in pisces. In alijs autem signis non est repugnantia nisi in una qualita

te & in sexu. ubi gratia: thaurus & leo: thaurus est signum frigidum & secum femininum
leo calidum & secum masculinum. Et hanc repugnatiam inuenies in aliis suo modo. Et
ppiter hoc crises in illis signis aliqui sunt ad salutem: & aliqui ad mortem secun-
dum fortunarum vel infortuniarum aspectum ad lunam. Deinde dico quod
libet signum alpicum quintum ante se: & quintum post se: & hic aspectus dicitur tri-
nus eo quod tenet tertiam partem circuli. l. 12. gra. Et vocatur hic aspectus amicicie
profecte: quod quilibet tria signa hoc modo distantia faciunt unam triplicitatem & conuenientem
in naturis sicut sunt dicti in c. immediate precedentibus: postea dicit: aspicit et quod
libet signum septimum a se. i. signum oppositionis: & iste est aspectus perfice inimicicie
rōne oppositionis. Est oīis plāeta q̄ fuerit in aliquo gradu al. cūus signi al pīcī
planeta exītem in alio signo in consimili gradu eodē aspectū quo aspicit se illa
duo signa. Et auctor loquitur de gradibus zodiaci: sed hīm doctrinā. I. Tolemei ac
cipiunt aspectus equinoctialis: id pō littera sic glosari. Et hoc intelligendum de
gradibus equinoctialis. verbi gratia: si fuerit aliquis planeta in arietate: & alter
in geminis & subtrahere fuerint ascensiones circuli directi illius qui est in arietate
ab ascensionibus circuli directi illius qui fuerit in geminis si remanserint. 60.
gradus aspiciunt se aspectu sextili. Hoc modo intellige de alijs aspectibus.

Lum vero fuerit planeta. In hac parte auctor tāgit
pedit se breviter dicens. Si fuerit aliquis planeta in aliquo signo proiecīt radios
suis in consimili gradu signi: quod aspicit ipsum aliquo aspectū. verbi gratia:
si aliquis planeta in primo gradu arietis & in secundo minuto proiecīt radio: su-
os serviles ad primum gradum geminorum & in secundo minuto eiusdem. Auctor
mis breviloquius fuit in hoc capitulo. ideo oportet aliquantulum in orari circa
explanationem aspectū & projectionem radiorum. Intelligendum est primum
quod aspectus considerantur tribus modis. Uno modo s. in gradus cōcales: & se-
cundum hunc modum auctor in littera locutus est de aspectibus & protectioni
bus radiorum. Et vocant gradus cōcales gradus zodiaci non considerando ascen-
siones. Secundo modo cōsiderantur aspectus secundi gradus equinoctialis in
circulo directo: & hoc modo I. T. olomeus iubet accipere aspectus in eo propo-
sitione centiloquij: ubi loquitur de canis dierū creticorū & hoc modo accipit cō-
ter aspectus in interrogationib⁹ & revolutionibus annoꝝ mādi: & in multis alijs.
Tertio modo considerantur aspectus & pīctiones radioꝝ sīm modum directionis:
& hoc modo accipiuntur in natūratibus. ¶ Intelligendum est iuxta capitulū de
aspectibus quod aspectus accipiuntur tribus modis: & iei modis etiam accipiuntur
pīctiones radioꝝ. Uno modo accipiuntur aspectus & pīctiones radioꝝ secun-
dum gradus circuli signorum: ita quod cōputant gradus zodiaci qui sunt inter unū
planetā & alijs: & iste est modus quem ponit auctor in līfa. Et hunc modus tenet
Abraham aueneire. Et dicit quod quasi infinites est expertus quod aspectus debent
accipi in zodiaco & non in equinoctiali: & hic modus est facilis valde. Et exempli
ficat̄ fuit sufficenter de hoc in scribendo litteraz. Secundo modo accipiuntur aspectus in
equinoctiali sīm ascensiones circuli directi sīm quādmodū iubet I. T. olomeus ac
cipere sicut dictum fuit sup līram. Cū igit sīm hunc modū volueris equare aspe-
ctus querere ascensiones planetæ in circulo directo que incipiunt a capricorno:
& serua eas. Deinde eodem modo quere ascensiones gradus alterius planetæ i. eo:
dem circulo directo: & serua eas. Deinde subtrahere ascensiones illius qui pro-

pinquior fuerit capricorno s. in ordinem signorum ab ascensionibus illius qui longus fuerit: et si remanserint. 60. gradus aspicunt se aspectu sexili. Si remanserint. 90. gradus aspicunt se aspectu quarto. Et si. 120. gradus remanserint aspicunt se aspectu trino. Pro aspectu autem opposito non oportet querere ascensiones. quia quin duo planetae opponuntur in zodiaco: opponuntur et in equinoctiali. Hic modus facilis est ideo non oportet hic multuz stare. Tertius autem modus aspetuum et profectionis radioz est mulum difficultate maxime non exercitatis in calculationibus. Intelligendum est primo circa hunc modum quod plectio radioz accipit per ascensiones circuiti directi quoniam planetae cuius radios volumus projicere est in medio celi vel in angulo terre. Et quoniam est in gradu orientis: vel in gradu occidentis accipitur per ascensiones regionis sive orizontis obliqui secundum tabulas factas ad illam regionem. Si autem non fuerit planeta in aliquo quattuor horum locorum. sed in locis intermediis tunc accipiantur mixtum. Cum igitur volueris projicere radios alicuius planete considera si planeta ille cuius radios vis proiecere sit in medio celi. vel in angulo terre: et tunc quere ascensiones illius gradus in circulo directo super quos addas. 60. gradus si volueris radiationem sextile sinistram. illa que procedit secundum ordinem signorum a loco planete. Et gradus post additionem priuementes reduc ad gradus equeles in circulo directo secundum doctrinam canonum primi mobilium: et gradus zodiaci qui pruenierit in illo sunt radii sexiles: et sic dixi. 60. gradibus pro radiatione sextili: ita intelligas de. 90. pro radiatione quarti: et de. 120. pro radiatione trina. Si autem volueris radiationem dextram. illa que procedit a loco planete versus occidente subtrahere ab ascensionibus gradus planete. 60. gradus pro radiatione sextili vel. 90. pro radiatione quarti: vel. 120. pro radiatione trina. Et numerum quod remanet reduc ad gradus equeles sicut prius et gradus zodiaci qui pruenierit in illo sunt radii. Exemplum in radiatione sinistra pono quod saturnus sit in angulo medi celi in fine sexti gradus virginis ascensiones illius gradus in circulo recto sunt. 1. 47. gradus. 48. minuta. volo habere radiationem sextile addas ergo. 90. gradus: et pruenient. 307. gradus. 48. minuta quos reducam ad gradus equeles in circulo directo: et exiunt. 10. gradus. 14. minuta. 1. 4. secunda scorpionis. ibi sunt radii sexiles saturni sinistri in hoc casu. Exemplum in radiatione sextili dextra: subtrahere ab ascensionibus predictis. 60. gradus: et remanent 187. gradus: et. 48. minuta. reducam ad gradus equeles in circulo directo. et exiunt. 7. gradus. 9. minuta et. 15. secunda canceri. ibi ergo in pposito sui radii sextiles dextra saturni. Si vero planeta cuius radios vis pfectere sit in gradu orientis quere ascensiones gradus planete per tabulam ascensionum circuli obliqui deservientem tunc regionem. Et si volueris radiationem sinistram addde super ascensiones gradus planete. 60. gradus pro radiatione sextili. vel. 90. pro quarta radiatione: vel. 120. pro trina radiatione. Exemplum in radiatione sextili sinistra pono quod Iupiter sit in gradu orientis in fine. 10. gradus sagittarii ascensionis illius gradus in orizonte obliquo sunt. 275. gradus: et. 27. minuta: et volo habere radiationem sextile sinistram addas super ipsos. 60. gradus et prouident. 35. gradus et minuta. 27. quos reducam ad gradus equeles in circulo obliquo et exiunt. 12. gradus. 44. minuta. 11. secunda aquarii ibi ergo sunt radii sexiles Jovis. Exemplum in radiatione sextili dextra subtrahere ab ascensionibus gradus Jovis. 60. gradus et manent. 215. gradus. 27. minuta. reducam ad gradus equeles et exiit. 25. gradus. 54. minuta. 50. secunda librae ibi sunt radii sexiles Jovis. Si vero pla-

meta fuerit in gradu occidentis operaberis cum gradu opposito. s. accipies ascen-
siones nadir gradus planete in horizonte obliquo: et facies penitus eodem modo quo
deciū est. Sed postquam reduxeris ad gradus equales locum radioꝝ est locum oppositum il-
luminis loci quem inuenisti. Et ut clarius pateat ponam in hoc exemplum. Ponam q̄ Jupiter
sit in gradu occidentis in fine. 10. gradus sagittarii: queram ascensiones. 10. gradus ge-
minorum et inuenio. 41. gradus. 9. minuta. addam 60. gradus pro radiatione sextili: et
pueniant. 101. gradus. 9. minuta. reducam ad gradus equales in horizonte obliquo: et
exiūt. 2. gradus. 10. minuta. 45. secunda leonis. sum ergo radii in opposito isti.
s. 2. gradu 30. minuta. 45. secunda aquarii. Si autem planeta cuius radios vis per
ticipere non fuerit in aliquo locoꝝ dictoꝝ. tunc opere accipere radiationem mixto modo
in positione distante gradus planete inter unum angulum et alium. Undeodus autem
est iste si planeta cuius radios vis proiungere fuerit inter medium celi et gradum
ascendentem: ac ipse primo ascensiones gradus mediū celi quas subtrahe ab ascen-
sionibus gradus planete in circulo directo: et quod remanet est distantia a medio
celi quam servata. Deinde super ascensiones gradus planete in circulo directo
90. gradus addere pro ratione sextili vel. 90. pro ratione. 4. vel. 120. pro tri-
na: et quod puererit reducere ad gradus equeales in circulo directo: et quod proue-
nerit serva. et vocetur radiatio circuli directi. Deinde quera ascensiones gradus
planete in horizonte obliquo per tabulas regionis tue sup quas addere serva. 60. gradus
pro ratione sextili vel. 90. pro. 4. vel. 120. pro triina: et quod puererit reducere ad
gradus equeales per tabulas tue regionis: et quod exuerit serva: et vocetur radiatio
regionis. Deinde vide differentiam inter radiationem circuli directi et radiatio-
nem regionis: quaz differentiam multiplicata per distantiam gradus planete a medio
celi et productum dividere per medietatem arcus diurni gradus planete. et puererit
pars proporcionalis quam addere super radiationem circuli directi. si radiatio circu-
li directi fuerit minor radiatione regionis et subtrahe ab ipsa si fuerit maior. et
quod puererit erit locus radiorum. Medietatem autem arcus diurni gradus planete
inuenies subtrahendo ascensiones gradus planete in circulo obliquo ab ascensio-
nibus eius nadir et mediando illud. Posset etiam alio modo inveniri pars proportiona-
lis dierum rationis. s. q̄ acciperet sexta pars dierum et multiplicaret per horas di-
stantie planete a medio celi. Sed hic modus est magis tediosus quam primus: quia
oportet secundum hunc modum dividere distantiam gradus planete a meridie
per partes horarum gradus planete ad hoc quod inueniant hore distantie a meridie.
Consilio per unitum modum. Exemplum in hoc pono q̄ gradus mediū celi sit. 10. gra-
dus leonis completus a saturno: sit in sexto gradu virginis completo. Queram
distantiam saturni a medio celi per ascensionis circuli directi. Et inuenio
in distantia. 15. gradus. 22. minuta. servabo itaque eam. Deinde subtraham ascen-
siones gradus saturni in circulo obliquo ab ascensionibus gradus oppositii.
Et remanent. 101. gradus. 20. minuta quae est totus arcus diurnus saturni que
divideatur per mediū. et venient 100. gradus. 40. minuta qui est medietas arcus di-
urni saturni: servabo itaque eam. Deinde queram ascensiones gradus saturni in
circulo directo et inuenio. 247. gradus. 48. minuta quibus addam 60. gradus:
quae volo radiationem sextili sinistram. et puerent. 307. gradus. 48. minuta quae
reducatur ad gradus equales in circulo directo: et inuenio. 10. gradus. 14. minuta. 14. ha-
scorpios. et hec est radiatio circuli directi. Deinde queram ascensiones gradus
saturni in circulo obliquo in regione cuius latitudo est. 48. gradus. Et inuenio.

47. gradus. 11. minuta gibus addā. 60. gradus: et pueniūt. 107. gradus. 11. minuta, quos reducam ad gradus equales in circulo obliquo et inuenio. 19. gradus. 52. minuta. 14. secunda libre. Et ideo q̄ radiatio circuli directi est maior quam radiatio regionis subtrahā minorē de maiori iuenio in dīa. 20. gradus. 22. minuta quam reducam ad idē genus: et pueniūt. 122. 2. reducā ēt distantia 3 saturni a medio celi ad idem genus distantia fuit. 15. gradus. 22. minuta reducā ad idem genus. s. 920. 11 minuta multiplicabo dīam per distantia et prouenient. 1126684. secunda. Deinde reducam medietatē arcus diurni saturni ad idē genus. Medietas arcus diurni fuit. 100. gradus. 40. minuta. reducta ad idem genus. 60. 40. prouenient minuta per que dividam numerū qui puenit ex multiplicatione. Et exiunt tres gradus. 6. minuta. 32. Ha quos subtrahā a radiatione circuli directi: q̄ illa fuit maior et remanet septē gradus. 7. minuta. 42. scđa scor pionis, ibi sunt radii saturni sextili finistri in casu proposito. Si aut̄ volue ris radiationem dextram vbi precepi addere. 60. gradus subtrahē. 60. et opera beris sicut prius. Silvero gradus planete cuius radios vis projecere fuerit inter gradum ascendentem et angulum terre vide longitudinē eius a gradu ascēdente quā scies hoc modo. Subtrahē ascensiones gradus ascendentis in circulo obli quo ab ascensionib⁹ gradus planete in eodē circulo obliquo. Et hoc si volueris radiationem finistram et qđ remanserit erit distantia planete a gradu ascēdente serua ēē. Deinde quere medietatem arcus nocturni gradus planete quem scies hoc mō: subtrahē ascensiones nadir gradus planete ab ascensionib⁹ gradus plane te: et remanebit totus arcus nocturnus quē media et sua medietate. Hie itaq; ser uatis quere ascensiones gradus planete in circulo obliquo p̄ tabulaꝝ factā ad latitudinē tue regiōis quib⁹ addē. 60. p̄ radiatiōe sextili et c. et qđ puenit reduc ad gradus equales in circulo obliquo et vocetur radiatio circuiti obliqui. Deinde quere ascensiones gradus planete in circulo directo: quibus addē. 60. gradus p̄ radiatiōe sextili et cetera: et p̄ prouenerit reduc ad gradus equales in circulo directo. et quod prouenerit serua et vocetur radiatio circuiti directi. Deinde vi de differentiam iter radiationē regionis et circuli directi subtrahendo minorēm a maiori. quā differentiam multiplicā p̄ distantiam planete a gradu ascēdente. Et productum diuide per medietatem arcus nocturni gradus plācte et exhibe p̄ p̄positonalis quā addē cū radiatiōe regionis si fuerit minor radiatiōe circuli directi: vel subtrahē a radiatiōe regionis si illa fuerit maior radiatiōe circuli directi. Et qđ post additionē vel subtractionē puenit loc⁹ erit radiow⁹. Exemplum in hoc pono q̄ gradus ascēdēs sit. 18. sc̄orpiōis. et Jupiter sit. 10. sagittarij q̄ram ascensiones grad⁹ ascendentis in o:zōte. 48. gradus. et iuenio. 245. gradus. 55. minuta. Deinde queram ascensiones grad⁹ iouis in eodē orizonte obliquo. et inuenio. 175. gradus. 27. minuta. subtrahā ascensiones gradus ascēdēs ab ascensionib⁹ gradus iouis: et remanent. 29. gradus. 31. minuta que est distantia iouis ab ascēdente. Deinde subtrahi ascensiones gradus oppo siti iouis ab ascensionib⁹ gradus iouis: et residuum medianū. et inueni. 117. gradus. 9. minuta que est medietas arcus nocturni gradus iouis. Deinde addidi ascensionib⁹ iouis. 60. gradus et pueniūt. 335. gradus. 27. minuta quos reduxi ad gradus equales in circulo obliquo: et inueni. 17. gradus. 45. minuta aquari. Et hec est radiatio regionis: seruanti itaq; eam. Deinde quicquid ascensiones gradus iouis in circulo directo: et inueni. 338. gradus. 21. minuta quibus addi-

di. 60. gradus: et puerunt. 398. gradus. 21. minuta. subtrahivnam revolutionem:
scilicet. 360. gradus et remanserunt. 38. gradus. 21. minuta quos reduxi ad gra-
dus equales in circulo directo et inueni. 50. gradus. 57. minuta aquarii: et hec est
radiatio circuli directi. Deinde subtrahi minorem radiationem de maiori et in-
ueni in differentia. 6. gradus. 48. minuta quam differentiam multiplicauit per
distantiam ionis ab ascendentie: et diuisi per medietatem arcus nocturni et inue-
ni in parte proportionali. 1. gradum. 42. minuta. 47. secunda. quam subtrahi a
radiatione regionis: quia illa fuit maior. Et remanserunt post subtractionem. 11.
gradus. 2. minuta. 13. secunda aquarii: et ibi est locus radiorum ionis. Si antez
velles proiecere radios versus dextrum. tunc deberes videre distantiam gradus
planete ab angulo terre per ascensiones circuli directi quam inuenies subtrahen-
do ascensiones gradus planete in circulo directo ab ascensionibus anguli terre
in circulo directo. Et tunc partem proportionalem duarum radiationum debe-
res addere radiationi circuli directi si illa esset minor radiationem regionis: vel
subtrahere si esset maior. In nullo alio differt opus nisi q[uod] vbi precepi addere
ascensionibus. 60. gradus. 26. debes subtrahere. 60. 26. C Si autem gradus plane-
te cuius radios vis proiecere: fuerit inter gradum occidentis et gradum. 10. do-
mus operaberis cum gradu oppositus planete recte per eandem viam: sicut la[re]z
dixi inter ascendens et angulum terre. quod enim gradus planete est inter gra-
dum occidentis et medium celi eius oppositus gradus est inter ascendentes et an-
gulum terre. Et tantum distat gradus oppositus planete ab ascendentie quantus
gradus planete a gradu occidentis. ideo eadem est operatio: nec plus nec minus.
Sed postquam completeris operationem locis radiorum est locus oppositus illi-
us loci quem inuenisti sicut tibi exemplificauit: quando planeta est in gradu oc-
cidentis. Si autem contingit sicut sepe contingit q[uod] gradus planete sit ante an-
gulum: et locus vbi cadunt radii sui sit ultra angulum: verbi gratia: sicut locus pla-
nete sit inter medium celi et ascendens. et radii cadunt ultra ascendens. s. inter asce-
dens et angulum terre. Iste casus quasi frequenter contingit in radiatione trina:
et multotiens in quarta: et aliquando in sextili. Hodius est iste si locus planete
cu[m] radios vis proiecere sit inter medium celi et ascendens et radij sui debeant
cadere ultra ascendens: vide distantiam planete a medio celi per modum prius
dictum: et vide medietatem arcus diurni gradus planete per modum prius
dicium: et serua utrumq[ue]. s. distantiam et medietatem arcus diurni. Deinde que-
ras ascensiones gradus planete in circulo directo. Quere etiam ascensiones gra-
dus ascendentis in eodem circulo directo. Deinde subtrahere ascensiones gradus
planete ab ascensionibus gradus ascendentis. Et quod remanserit serua: et vo-
cetur pars radiationis circuli directi. Deinde quere ascensiones gradus plane-
te in circulo obliquo: et quere ascensiones gradus ascendentis in circulo obliquo:
et subtrahere ascensiones planete ab ascensionibus gradus ascendentis: et quod
remanserit serua et vocetur pars radiationis regionis. Deinde subtrahere partes
radiationis minorem a maiori et remanet differentia q[uod] multiplicata per dis-
tantiam planete a medio celi et productum dividere per medietates arcus diurni gra-
dus planete et puerit p[ro]portionalis q[uod] addi p[ro]pter radiationis circuli directi si
fuerit minor p[ro]pter radiationis regionis vel subtrahere si fuerit maior: et q[uod] pueris
erit pars radiationis equata: que pars si fuerit minor. 60. gradibus radij sexiles
gradus: ultra angulum ascendentis si fuerit maior cadunt ante angulum. Et si hec

ps fuerit minor. 90. gradibus radis quarti cadut ultra angulorum. si maior cadit ante angulum. Et si hec pars fuerit minor. 120. gradi. sicut est quasi frequenter cadunt radij trini ultra angulum si fuerit maior. 120. cadunt ante angulum. Si igit cadant radij ultra angulum subtracte pitem radiationes equataz a 60. gra. pro radiatione sexili vel a. 90. pro radiatione quarta. vel a. 110. pro radiatione tripla. et quod remanserit adde super ascensiones gradus ascendentis in circulo obliquo et quod prouenerit reduc ad gradus egales in circulo obliquo et gradus signi qui exierit erit locus radiorum. Si scieris istam operationem scies dirige re planeta existentem in una quadra ad locum existentem in illa quadra. Illoc modum non vidi exppositum nec posivis aliquo libro. Ut planius pateat qd dixi ponam in hoc exemplum. Pono q gradus mediij celi sit. 20. gra. cancri et saturnus sit in quarto gradu virginis: et gradus ascendentis in orizonte obliquo in regione cuius latitudo est. 40. gradus sit. 7. gradus. 59. minuta libra. Quies vi ascensionis gradus mediij celi in circulo directo et inueni. 90. gra. 53. minuta. Deinde quicunq ascensiones gradus saturni in circulo recto et inueni. 245. gradus. 55. minuta. Subtrahi ascensiones mediij celi ab ascensionibus gra. saturni et remanserunt. 55. gradus. 2. minuta: que est distantia saturni a medio celi. Deinde subtrahi ascensiones gradus saturni in circulo obliquo ab ascensionibus gradus oppositi in eodem circulo obliquo et remanserunt. 203. gra. 3. minuta. et hic fuit arcus diurnus gradus saturni quem mediatui et inueni. 101. gradus. 31. minuta. 30. sed que est medietas arcus diurni gradus saturni. Subtrahi ascensiones gradus saturni in circulo directo que fuerunt. 245. gra. 55. minuta ab ascensionibus gradus ascendentis in eodem circulo directo que fuerunt. 277. gra. 19. minuta et remanserunt. 31. gra. 24. minuta: que fuit pars radiationis circuli directi. Deinde subtrahi ascensiones gradus saturni in circulo obliquo que fuerunt. 144. gra. 277. minuta ab ascensionibus gra. ascendentis in eodem circulo obliquo que fuerunt. 190. gra. 53. minuta: et remanserunt. 46. gra. 26. minuta que fuerunt pars radiationis regionis sue circuli obliqui. vidi quod pars radiationis circuli obliqui fuit maior parte radiationis circuli directi. Subtraxi ergo minorum de maior et remanserunt. 15. gradus. 2. minuta que fuit differentia diuarum partium quam multiplicari per distantiam saturni a medio celi et diuisi per medietatem arcus diurni. gra. saturni. et exierunt. 8. gra. 8. minuta. 59. ha et hec fuit pars proportionalis differentie quam addidi super partes radiationis circuli directi et prouenerunt. 39. gra. 32. minuta. 59. secunda. Ibi sunt gradus ascensionum qui fuerunt in figura a saturno vlgz ad gradum ascendentem: et quia fuerunt pauciores qz. 60. sciu q gradus sextiles saturni in hac figura reciderint ultra gradum ascendentem. Subtrahi ergo hos gra. a. 60. pro radiatione sexili. et remanserunt. 20. gradus. 27. minuta. 1. fin quos addidi super ascensiones gra. ascendentis in circulo obliquo qui fuerunt. 190. gra. 53. minuta: et prouenerunt. 211. gradus. 20. minuta quos reduxi ad gradus egales in circulo obliquo et inueni. 12. gra. 54. minuta. 52. secunda libra. ibi fuerunt radij sextiles saturni in propositio exemplo fin hunc modum debet scribi in alijs angulis. Et hec de radiationibus sufficiant.

Habent etiam quinq planete in uno
quoq signo terminos. **M**inus auctor determinauit de tribus dignitatibus

essentialibus planetarum. In ista parte auctor determinat de quarta dignitate essentiali quia in habent planetae in signis. Et dividitur in duas partes: quam in prima parte ponit terminos planetarum. In secunda parte solvit quidam controverson que est inter aliquos de triplicitatibus et terminis. Secunda pars incipit ibi. Quidam preponuntur. Prima pars dividitur in duas partes: ita quod primo incipit tracare de terminis planetarum literaliter. Secundo post tabulam de ipsis terminis. Secunda incipit ibi: et propter diversitatem corundem. Dicit primo quod quicunque planetae sunt. Saturnus: Jupiter: Mars: Luna: et Mercurius: hanc terminos dispositos per diversos gra. Et primus terminus est Iovis a principio arietis usque ad finem sexti gra. eiusdem. Et a principio septimi gra. eiusdem aries usque ad finem. 12. est terminus Tauri. Et a principio. 13. gra. usque ad finem. 20. est terminus Mercurii. Et a principio. 21. usque ad finem. 25. est terminus Martis. Et a principio. 26. usque ad finem Aries est terminus Saturni. Postea dicit. et quarti gradus sunt diversi: ita quod non vadunt equaliter nec secundum ordinem planetarum graue esset eos tene re in memoria: ideo posuit eos eo in tabula secundum quod videtur in littera.

Quidam preponunt triplicitates terminis. Hic solvit quidam controversiam quod est inter sapientes de triplicitatibus et terminis. Et dicit quidam preferunt terminos triplicitatis. Solvit istam controversiam et dicit quod omni triplicitati sunt fortiores quam ad nutritionem puerorum: quod in nativitatibus significat nutritionem et ab eis accipitur significatio: utrum puer sit vitalis aut non. Unde auct terminorum sunt fortiores in directione: quod dum dirigunt gradus ascendentes aliquod nativitatis dirigunt ad terminos fortunatum et infortunatum. et dominum termini illius vocat divisor vel dispositio quem datur directio in illo termino: et si fuerit ibi aliquis planeta vel radius eius erit particeps. De hoc diffidit dicit in sequentibus domino procedere. Et notandum est hic de terminis quod discordia fuit inter sapientes antiquos de terminis. Et fuerunt tres opiniones famosae de terminis. quarum una fuit indecisa. alia egyptiorum. tercua caldeorum. Ptolemeus i. 218. propositione prima plus quam dicitur magis approbat terminos egyptiorum et dicit se innuenisse unum librum de terminis antiquorum qui per vestitatem erat pro maiori parte factum. Et ille concordabat cum terminis egyptiorum. et in illo libro summa graduum terminorum cuiuslibet planete erat tantus quantum numerus annorum suorum maiorum quos dant in nativitatibus. Verbi gratia: anni maiores saturni sunt 57. anni. Iouis. 79. Martis. 66. Tauri. 62. Mercurii. 76. et omnes isti collecti faciunt 360. Si volueris hoc experiri cōputa gradus omnium terminorum alienis planetis: verbi gratia: Iouis. et innuenies numerum annorum suorum similiter. 79. et sic de alijs. Haly in commento. 206. propositione prima plus quam dicitur dicit. Illi de egypto fuerunt sapientes magici qui fuerunt ab antiquo tunc nam isti fuerunt studi: et exerciti magni in scientiis et sapientiis oibus de quibus hoc se innaret potest. Et scimus hoc per chronicas sapientum antiquorum secundum quod loquebantur de ipsis et per ea que de suis operibus remanserunt a multis milibus annorum usque ad hodiernam die. Tunc ego dico illud quod ego vidi de una experientia quam inueni in loco qui dicitur est oculis solis: quia in modico tempore miracula magna vidi hec sunt verba. Haly. de experientia autem tacet. In centiloquio in commento illius propositionis vultus huius seculi. dicit unam experientiam de sigillo scorpionis facto in lapide secundum quod potest ibi videri: et quod voluerit videre ibidem videat

Acies autem signorum. Hic determinat de dignitatibus planetarum in signis quod vocantur facies. Et post diuidi in tres partes: quoniam in prima parte ponit divisionem et ordinatem facierum. In haec parte docet inuenire facies per numeros. In tertia parte ponit de eis tabulam. Secunda pars incipit. Cum habueris gradus in aliquo signo. Ecclia est in fine ubi ponit tabulam. Dicit quod quodlibet signum dividitur in tres partes eaeles quod vocantur tres facies et que libet facies est ex. 10. gradibus. Et incipit iste facies a principio arietis et procedit usque ordinem signorum et planetarum. Ita quod prima facies est mariae. I. primi. 10. gradus. Haec facies arietis. I. 10. gradus sequentes sunt solis qui succedit mariae in ordine sphaerarum. Tertia est venerei que succedit soli. Et prima facies tauri est mercurij que succedit venerei. Secunda luna que succedit mercurio. Tertia saturni. Et prima geminorum. Iouis. et sic hinc hunc ordinem usque ad finem signorum. Postea docet inuenire per numeros cuius planetae sit aliqua facies. Et dicit cum habueris gradus alius signi et volueris scribere cuius planetae facies sit in illo gradu copula numeri signorum a principio arietis usque ad principium signi propositi: et multiplicata illorum numerorum per tres: et cum numero productio adde facies completas si signi propositi: verbi gratia: si transuerint. 10. gradus completi adde unitatem. Si. 20. completi adde duo. Deinde a toto numero subtrahere. 7. quoties poteris: et quod remanserit computa a marte secundum ordinem planetarum. et ubi numerus fit natus fuerit sequens planeta est dominus faciei quesite: verbi gratia: pono quod habet aries. 15. gradus leonis volo scire cuim facies fit. 15. gradus leonis scio quod habet principio arietis sunt. 4. signa completa. multiplicando ergo. 4. per. 3. et erunt. 12. facies complete a principio arietis. Subtraham inde septem et remanent. 6. da primo unitatem marci. Se. undam soli. tertiam venerei. quartam mercurio. quintam lunae. sextam saturno. Erunt ergo facies sequens que non sunt completas. Iouis. Postea ponit tabulam cuius opus facile est. Queres enim nomen illius signi cuius dominum faciei queris et inuenies in directo quis sit dominus prime faciei et quis secunde et quis tertia.

Et quia auriliante deo. Postquam auctor determinauit de dignitatibus planetarum in signis. In ista parte determinat de fortitudinibus quas habent in ipsis dignitatibus. Et post diuidi in duas partes: quoniam in prima parte ostendit quod fortitudines habent planetae in qualibet dignitate. In haec parte comparat istas dignitates ad res sensibiles. secunda est ibi. unde quidam de hac re. Dama pars post diuidi in duas. quoniam primo continua se ad dicenda. So prosequitur ibi: nam dominus domus. Dicit quia adiuuante deo complevit de dignitatibus planetarum in signis: modo vult ostendere quod fortitudines habent qualibet in ipsis dignitatibus. Postea dicit quod dominus habet quinq[ue] fortitudines. dominus exaltationis habet quatuor. dominus triplicitatis habet tres. dominus termini duas dominus faciei unam. Postea replicat illum controuersiam de terminis. Et ponit comparationem in dignitatibus planetarum dicens quod quidam de dignitatibus planetarum fecerunt talē comparationē quod planeta existens in sua domo est filius viro existenti in domo atque dignatōe sua. Et planeta in exaltatione sua est filius viro in regno atque gloria sua et patet in littera. Ex ista littera post notari si aliquis planeta patiat magnū infortunium in domo vel ex

altatione sua hoc est multum detestabilis: sicut multū est detestabile si rex vincetur in proprio regno suo et in fortiori loco regni sui. Ideo quā terminaria celi ipsa sunt in proprijs dominib⁹ vel exaltationib⁹ suis hoc est malum signum.

Sequuntur has figure signorum. Primum auctor dicit: determinauit de dignitatibus planetarū in signis et de fortitudinibus quas habent in istis dignitatibus. In ista parte determinat de figuris suis formis ipsorum signorum hoc est ostendit nobis que signa habent formas humanas, et que hanc formas aliorum animalium et manet indivisa. Dicit quod quedam signa dicuntur rationalia, scilicet illa quorum imagines sunt figuratae ad imagines hominum. Et illa sunt gemini virgo aquarius libra et medietas prima sagittarij, et ista dicuntur habentia pulchras voces. Et virtus eorum est maior cum fuerint in oriente. Et quedam ex signis dicuntur habentia halas scilicet gemini virgo et pisces. Quedam ex eis dicuntur quadrupedia. scilicet sagittarius leo aries taurus et capricornus. Et eorum quedam sunt domestica. scilicet illa que sunt figurata secundum figuratas animalium domesticorum. Et hec sunt aries taurus et capricornus. Et eorum virtus magis apparet cum fuerint in meridie. Virtus autem virginis capricorni et aquarii magis apparet cum fuerint in septentrione. Et quedam ex signis videntur virtuosa et turpia et tortuosa scilicet aries taurus cancer scorpius et pisces, et virtus eorum magis apparet in occidente. Quedam vero sunt sterilia scilicet gemini leo virgo. Et quedam dicuntur habentia paucos filios scilicet aries tauri libra sagittarius capricornus et aquarius. Et quedam ex his signis sunt multum luxuriosa. scilicet aries et taurus leo et capricornus. Et quedam dicuntur multum filiorum scilicet cancer scorpius et pisces. Et quedam ex signis dicuntur habentia dimidiā vocem: illa scilicet que habent vocem animalium balantium rugientium et rugientium. ut aries taurus leo capricornus et ultima pars sagittarij. Quedam ex signis dicuntur carentia omnino voce sci licet illa que figurantur secundum imagines animalium carentium voce: ut cancer scorpio et pisces. Haly abenragel breuiter expedit se de formis signorum dicens. Signorum alia sunt in forma hominum. Alia in forma bestiarum. Alia in forma bestialium. Alia in forma reptilium. Que sunt in forma humana sunt gemini libra aquarius virgo. In forma bestiarum aries taurus capricornus et sagittarius. In forma bestialium i. animalium rapacium leo. In forma reptilium cancer scorpio et pisces.

Et unus quodque signorum habet propriam significacionem. Primum auctor determinauit de figuris signorum. In ista parte ostendit nobis quid habent signa ex membris hominum: et ex regionibus et ex planetis. Et potest dividiri in duas partes: quoniam in prima parte facit quod dictum est. In secunda determinat de doloribus planetarum in signis. Secunda incipit ibi. Et siquidem planetae significaverint dolorum. Prima potest dividiri in 12. partes secundum quod 12. sunt signa. Clarius est quod dicit in littera exceptio quod nomina regionum non sunt nobis nota. Notandum est hic quod Ptolemeus dividit totam terram habitabilem in quattuor partes. Et secundum divisionem Ptolomci potest una linea transiens

ab oriente occidente per medium habitationis ita quod ista linea dividat partem meridionalem a septentrionali. Et dicit hely et ista linea distat ab equinoctiali per .36. gradus. et secundum hanc divisionem distat ab ultima habitacione in septentrione per .30. gradus vel circa: ita quod tota latitudo contineat .66. gradus. Et tanta est distantia equinoctialis usque ad circulum arcticum: unum est. 66. gradus. et .6. minuta: et .30. secunda. Ideo dicit hely vel circa. Et dicit quod in fine istius linee versus occidentem est passagium herculis. Et hoc est unde transitur in hispanias et est mare ibi strictum quod existens in uno littore potest videre existentem in alio. Et sunt ibi tres insule quartuam vnam vident transeuntes in hispania per terram occidentis. Et stat in ea idola tenens in manu claves ad demonstrandum quod ultra locum illud non sit habitatio. Et in qualibet dharum altari insularum stat idola sicut in eundem modum. Et in parte orientali in fine luce predictae stant idola comed modo tenentia claves et demonstrantia quod non sit ultra illum locum habitatio versus orientem. Dicit hely quod Hercules posuit ista idola in signum quod ipse acquisuerat totum mundum. Longitudo linee predictae secundum quod dicit hely est .180. gradus. His usque secundum tria Ptolemei imaginat ista linea dividit per medium ita quod remaneant .90. gradus versus orientem: et alijs .90. versus occidentem. Et imaginetur transire una linea per polos mundi per medium divisionis linee supradicte. ita videlicet quod transcas per medium terre habitabilis secundum latitudinem. Prima autem linea dicebatur transire per medium terre habitabilis secundum longitudinem. Date itaque quod due linee supradicte que dividunt totam terram habitabilem in quatuor partes coniunguntur in loco interlectionis linearum qui est punctus in medio terre habitabilis. Hac divisione intellecta facile est videre sensu. Ptolemei in partitione signorum et terrarum. Dicit itaque Ptolemeus quod haec tria signa aries leo et sagittarius que faciunt primam tripliciteriam pertinet ad quartam partem terre habitabilis que est inter septentrionem et occidens et illa quartam gubernat Jupiter eo quod est septentrionalis: et mars habet participationem cum eo: quod pertinet ad partem occidentalem. Et tria signa tripliciterias secunde. scilicet taurus virgo capricornus pertinent ad partem que est inter meridiem et orientem et gubernat ipsam venus: quod est meridionalis et habet participationem cum ea saturnus: quoniam ad partem orientalem pertinet. Et tria signa tripliciterias tertie. scilicet gemini libra et aquarius pertinent ad partes que est inter orientem et septentrionem: et gubernat ipsam saturnus eo quod pertinet ad orientem et habet participationem cum eo Jupiter eo quod pertinet ad septentrionem. Et tria signa tripliciterias quarte. scilicet cancer scorpio et pisces pertinent ad partem que est inter meridiem et occidens: et gubernat ipsam mars: quod pertinet ad occidens: et habet participationem cum eo venus. Ex predictis poterit quilibet conjecture ad quod signum pertineat quilibet terra. Sciet enim per longitudinem et latitudinem regionis de qua quarta sit. Ut ergo gratia: omnis terra cuius latitudo est maior .36. gradibus et longitudine eius ab occidente minus .90. gradibus fuerit est de qua quarta septentrionali occidentali et sic de alijs suo modo. Cognita igitur quarta iqua est terra tua scis quod unum signum ex tribus signis tripliciterias illius quarte respicit illam terram et poteris scire quod ex illis tribus respiciat eam per mores et consuetudines hominum habitantium in ea. Ut ergo gratia: scis quod terra Hispanorum est in parte septentrionali occidentali scilicet quod aries leo et sagittarius dominatur super ipsam. Et si velim scire supra quod eius donatur quodlibet istorum signorum respectu ad mores et conditiones hominum cum quibus signis magnis concordat. Cestat

autem quod romani sunt famosiores et nobiliores istius quartae; et ideo conuenit ut attribuantur eis signum nobilium inter haec tria. Et hoc est les domus solis. Constat etiam quod almani sunt homines iracundi et furiosi de natura martis; et ideo conuenit ut attribuantur eis aries domus martis. Constat etiam quod hispani sunt boni milites exercitus magni in armis: ideo conuenit ut attribuantur eis sagittarius quod est signum militaris et bellorum. Et hanc partitionem ponit Ptolomeus in littera in secunda parte quadripartita. Quia enim sic et provincie cum ariete concordantes sunt terra britannie et terra de salacia. Credo quod deberet dici de scalavia et germania. Et quod concordant cum leone sunt: italia: gallia: apulia: et cecilia. Et Malal dicit ibi: quod hi sunt termini rome. Et quod concordant cum sagittario sunt terre de turchia calcata et hispania. De partitione alterius signorum cum alijs terris paro curio. Quia nec noia caput nec editiones horum sunt mihi nota nec faceret mihi aliquam utilitatem hoc scire. Si quis autem cognoscet eas et voluerit in eis morari applicet hunc modum dictum in tribus signis predictis. Dicit abrahā auenezre quod primū clima est capricorni et aquarii: et gubernator eius est saturnus. Secundū clima est sagittarii et pisces et gubernator eius est Jupiter. Tertius clima est scorpij et arietis et gubernator eius est Mars. Quartum est leonis et gubernator eius est sol. Quintum clima est thauri et librae et eius gubernator est venus. Sextum est geminorum et virginis et eius gubernator mercurius. Septimum est canceri et gubernator illud luna. Et abrahā auenezre ponit conditiones nascientium sub qualibet signo et eius natura ista. Qui natus fuerit sub prima facie arietis erit rufus et simili: veteri erit puer et strictus carne extenuatus: habebit supra pedem sinistrum signum et in cubito manus sinistra: et amici eius crux plures et ipse odet malum. Qui natus fuerit sub hac facie iterum et nigredo pulchritudinem faciei conjuncta: corpus eius temperatus excepit in ira ait occultans voluntatem mala: estque alti cordis: inimici eius plures erunt. Qui natus fuerit sub tercia facie eius erit rufus color ei et croceus erit solitarius. Qui natus fuerit sub prima facie thauri erit brevis stature: sui oculi magni: labia spissa: et habet signum in collo: et est cordatus: amici eius plures: et manieribus dulitiae et delectabilis ipse. Natus autem sub facie eius haec habebit faciem rotundam: ventre latum: oculos pulchros: et circa ait voluntaria rebus circa pendet: et circa spatulas pilosus existet: et habebit signum in labiis. Et quod natus fuerit sub tertia facie pulchritudo coloris existet pulchregem faciem: et habebit signum in oculo sinistro: virgo laboriosus erit: nec in mulieribus fortunatus existet. Qui autem natus fuerit sub fine huius signi erit carens testiculis naliiter et sine vel hermofroditis. Qui natus fuerit sub prima facie geminorum erit pulchra corporis et decentis: et oculorum et pilorum: habebit signum in capite vel in oculis. Clavis eius acutus minime iracundus eritque laborator: et cum mulieribus minime fortynatus existet. Et quod natus fuerit sub secunda facie erit brevis stature et niger et super eius cubiti signum nigredinis: eiusque vena pulchra et dulcia. Natus sub tercia facie nimis habebit oculos parnos: eritque vir suspicator et levius: et loquetur bona rationabillia: eritque mendax. Qui natus fuerit sub prima facie canceri erit corpore et pilis decens: superciliosa eius erunt stricta nare: longe et spatule late: et habebit signum in cubito dextro: aut eius brachio: et anima eius bona amici eius plures: eritque sciens et ingeniosus. Qui natus fuerit sub secunda facie: erit color eius rubens brevisque stature: carens barba: et habebit signum in oculis. Qui sub tercia facie natus fuerit erit crassus brevisque stature: et habebit multitudinem pilorum in superciliis. Qui natus fuerit sub prima facie leonis erit pulcher corpore: et facie: et color vultus eius erit ruber.

us albo commixtus: oculi eius commixti pectus rectum: et crura sua patientia: r
 morbum in parte superiori: et erit cognitus inter gentes: et simplex immixtus qz
 consortio regum. Qui natus fuerit sub secunda facie erit pulchre: pectus eius erit
 lauum: testiculi et crura grauilla: et itaqz honoratus inter familiam eius ac alti cor-
 dis. Natus autem sub tertia facie erit aliquantulum brevis stature eritqz color
 eius albus roseo permixtus: eius vox vehemens amans mulieres: et habebit ple-
 nitudinem amicorum et morbos plures sustinbit. Qui natus fuerit sub prima
 facie virginis erit decentis statuere: erit corpus eius crecum et pulchrum: et erit
 sciens et acutus eius capilli scripti: et erit diligens iustitiam: eius vox vehemens:
 sterilis existet: anima eius bona: facies pulchra eritqz scriba et bene docens. Qui
 autem natus fuerit sub secunda facie erit pulchre apparente: oculi eius parui: na-
 sus eius pulcher: eritqz disciplinabilis et simplex prevoluntarius corde diliger-
 laudari. Natus sub terna facie erit pulcher aspectu perceptibilis discipline: veri
 sensu et simplex et sapiens. Qui natus fuerit sub prima facie Libra: erit pul-
 chre facie: et in eius capite vulnera ierunt: erit laborator et simplex ac disciplinabi-
 lis. Natus sub secunda facie erit pulchri vulnera et inerit ei impedimenti in ocu-
 lis: estqz corde prevoluntarius. Natus sub tertia facie erit pulcher et erit cognitus
 et honoratus inter gentes ipsius. Et qui fuerit natus sub fine signi huius erit nul-
 lus sexus aut viri uqz. Qui natus fuerit natus sub prima facie scorpionis parvus pul-
 cher existet: et habebit signum in capite: et pectus eius erit latum. Et habebit si-
 gnū in pede sinistro vel in manu dextera estqz hoc castigationis bonaqz discretiōe
 plenus ac in loquela festinus. Natus sub secunda facie caput eius erit magnū:
 existetqz modice pulchre figure: et habebit signum in genu et dorso: et erit homo
 discipline verba sua multiplicans. Qui natus fuerit sub tertia facie erit brevis
 stature oculis eius cōtorii appetens comedere amas mulieres. Qui autem natus
 fuerit sub fine huius signi aut erit nullus aut viri uqz sexus. Qui natus fuerit
 sub prima facie sagittarij erit pulchre specie: decors aspectu recte stature: dili-
 gens bonum: regibus ac magnatibus le cōmīscēs. Natus sub secunda facie cor-
 pus habebit pdecena facies. In eius crocea supercilia cōpresso et habet signū in pe-
 ctore. Natus sub tertia facie erit longus: pulchre facie: oculi eius vi mūrilegi: pe-
 ctes latū: et habebit signū in sinistro crure. Qui sub prima facie capricorni na-
 tus fuerit corpus suum condecorans: pectus latū: et habet signū nigrum in cubito
 erit astutus disciplinabilis simplex et prevoluntarius. Natus sub secunda erit pul-
 cher: habet nares longas: oculi eius pulchri: voluntas eius mala et iracundus: est
 hoc scientie. Natus sub tertia facie erit pulchre corpore: eius in facies cītrina: et in
 eius brachio sinistro erit nota vel in ipsis genu: festinus in ira: despiciens ma-
 lum vel pugnans pro malo: diligens mulieres: hoc discipline diligenterqz sodales.
 Qui autem natus fuerit in fine huius signi erit filius adulterinus et oino huic idest
 signo minime in mulierz nativitatibus valere. Qui autem natus fuerit sub prima
 facie aquarij erit corpore et facie formosus: et habebit in pectore aut pede sinistro
 signum: et itaqz hoc disciplinabilis et sodales diligens. Natus sub secunda facie
 erit longus: facies eius erit rubra: et signum habebit in dorso et sub eius cubito
 eritque omnibus diebus suis in dolore. Natus sub tertia facie corpore pulcher
 stature brevis: facie rosenus: et habebit signū sub cubito: et erit mulierz amator.
 Et qui sub fine huius signi natus fuerit diversificatus erit in eius figura atqz in
 omnibus suis operib⁹s. Qui autem sub prima facie piscis origine traxerit: cor-

pus eius erit album : et facies similiter : pectus eius latum : barba pulchra : frons
preclara : oculi eius magis nigri quam albi. Et forte aliquid membrum sibi defi-
ciet. diliget dormire. eritque gulosus et ebriosus. et habebit signum sub cubito vel
in pede. Illatus vero sub secunda facie erit brevis stature : decorus aspectus :
barba nigra : pilosus : et erit ambulans in duritia cum filiis hominum. Illa-
tus sub tercia facie piscium : erit aspectu preclarus : oculi eius pulchri : eritque
morbosus.

Et si quidez planete. Primi aucto: ostendit qualia
humani corporis. In ista parte ostendit nobis qualiter planete respiciunt
membra corporis humani in ipsis signis. Et potest hic pars diuidi in. 12. par-
tes secundum. 12. signa ubi partes incipiunt patet. Prima pars diuidi potest
in duas : quoniam primo proponit. Secundo prosequitur ibi : in ariete. Dicit
primo qd si aliquis planeta significaverit aliquam infirmitatem sive debilita-
tem in corpore humano habebit in qualibet signo membrum proprium in quo
erit illa infirmitas. Et quia ita est conuenit tracare de doloribus planetarum
in signis. Et incipiat ariete procedendo. secundum successionem signorum et
planetarum. Quod dicit auctor plantum est in littera. Ad evidenter vnius p-
tus pono unum exemplum. Ponio qd in aliqua nativitate saturnus significauerit
nato debilitatem alicuius membra et sit saturnus in ariete. Dico qd illa debilitas
vel infirmitas erit in pectore. Et si saturnus sit in tauro erit illa infirmitas i v-
tre et sic intelligas de ceteris signis. Ponio et qd mars in nativitate intelligas de
revolutione annori significauerit vulnerationem et sit mars in ariete
erit vulnus in capite. Si in tauro erit vulnus in collo. et sic de ceteris signis et pla-
netis intelligas. Stolemeus vult qd membra in ipsis cadant morbi et c. impedimenta
accipiunt a figura celi in hora nativitatis vel revolutionis. Dicte enim in. 74.
propositione censiloquij. cu finetur mars in ascendentie alicuius nativitatis erit ci-
catrix in facie vel capite nati. Dicit enim Haly qd caput est ascendentis et hz hoc
collum est secunde domus. brachia tertie domus et sic per ordinem domorum sim
qd dictum fuit de signis. De hac materia dissolutus loquitur domino concedente
in capitulo sexte domus.

Sunt quoque in uno quoque signo.
In ista parte auctor determinat de quibusdam specialibus proprietati-
bus planetarum que sunt in diversis gradibus circuli signorum et sunt sex. sunt
enim ibi quidam gradus masculini et quidam feminini. Et sunt ibi quidam gra-
dui lucidi et quidam tenebrosi. Etiam sunt ibi quidam gradus qui dicuntur pri-
tei. Et sunt ibi quidam gradus qui dicuntur azemena. Et sunt ibi quidam gradus
qui dicuntur augmentantes fortunam. Et sunt ibi quidam gradus qui dicuntur
confortes. Et per hoc ista pars potest diuidi in sex partes : quoniam in prima
parte enumerat gradus masculinos et femininos. In secunda parte enumerat
gradus lucidos et tenebrosos et summos. In tercia parte enumerat gradus qui
dicuntur priuei. In quarta parte enumerat gradus qui dicuntur azemena. In
quinta parte enumerat gradus qui dicuntur augmentantes fortunam et gradus

cubitorum. Et hoc patet in libro in quo narrantur longitudines corporum superiorum ab inuicem. Et non plus eleuantur vapores a superficie terre finis quod narravit Ptolomeus capitulo 16. stadia finis quod stadium quadrigenitorum cubitorum est: nam 16. stadia faciunt duo miliaria et decimam ac tredecimam unius miliaris fere longitudine vero lune quam magis prope est superficie terre ut diximus. 1280 4.4. milia riourum fere. unde ergo vel quomodo applicatur pars terre ad lunam quamque corrum patet vel mutetur naturam eius. Per modum consimilem reprobat ipsum in naturis aliorum planetarum: sed per transito causa breuitatis. Hoc in commento propositioni preallegate de natura lune responderet. ad rationes Albumazaris. Dicit enim hely exponens verba ptolomei primo. Postquam docuit nos ptolomeus quod virtutes stellarum corporum suorum sequuntur magnitudinem et corpus lune parvum est sicut in almagesti narravit et eius opus sequitur opus sole parte una. Dicit hic quod est hoc pro eo quod multum est propter terram et peruenit ad nos etiam virtus antequam mutetur et per hoc apparet eius opus magis quam opus aliarum stellarum. Et videmus visibiliter quod attrahit humores terre et corporum eam sequentium et pro eo quod habet lucem a sole operatur in terrenis calorem modicum accidentaliter cum quo facit putrescere et mutari humores existentes in corporibus sicut ostensum est in physica et in natura. Et manifestum est quod lux facit calorem: et post hoc probari quod specula que coibunt et similia. et quia luna lucem habet a sole conuenit ut habeat modicum calorem quem facit sicut per accidens. Et hoc est id quod vult dicere ptolomeus. Et quia hoc non intellexit Albumazar credit quod erraret in dicto suo dicens: quod post fumositas humida ad lunam ascendere cum fumositas ascenderet nequeat ultra. 16. stadia et luna satis longius est. Ego vero risi de dictis talibus qualia sunt hec: et dixi qualiter non intellexit hoc: quia ptolomeus noluit dicere quod fumositas humida ascenderet usque ad lunam: sed dixit quod ascensio fumositas humidae qui est versus lunam doceat nos quod attrahit humores terre et aliorum corporum eam sequentium sicut adamast trahit erratum. Alfraganus dicit auctoritate ptolomei quod magnitudo corporis lune est una pars de 39. partibus terre: et dicit quod minus corpus omnium corporum unius est sol et post solem. 15. maxime sunt stelle: dicit enim quod unaqueque earum tenet corpus terre centis septies. Tertius in magnitudine est. Iupiter: quartus saturnus. Post saturnum sunt stelle fixe secundum ordinis quarum quelibet continet terram nonagesies. Post ipsas sunt stelle tertii ordinis quarum unaqueque continet terram septuagesies et bise. post ipsas sunt stelle quarti ordinis quarum quelibet continet terram. 54. post ipsas sunt stelle quinti ordinis quarum quelibet continet terram. 57 post ipsas sunt stelle sexti ordinis et minor illarum. immo minor omnium que videntur: quartum probatio est possibilis continet terram. 18. Alius corpus post ipsas est mars. post mar tem terrae: post terrae venus: post venere lunam: et ultimo mercurius. patet igitur secunda alfraganus quod minus omium corporum est sol et minus mercurius exceptis generabilibus et corruptibilibus. De longitudine istorum corporum a terra dicte alfraganus quod proprietas longitudine lune a terra est. 33. in quantum dimidiat diametri terrae et 20. pars eius eritque hoc. 10.4.12. miliaria. Et est longitudine longior lunae que est proprietas longitudine mercurij sexagesies: quater in quantum dimidiat diametri terrae. et 6. pars eius quod est. 10.55.4.2. cmiliariorum. et longitudine longior mercurij que est proprietas veneras est centum sexagesies septies in quantum dimidiat

diametri terre quod est. 542750. milliariorum. Et longitudo veneris longior que est proprius longitudi solis est millesies et centes et vigesies tunc quantum dimidium diametri terre quod est. 364000. milliariorum. Et longitudi solis longior que est proprius longitudi martis est. 1210. tantum quantum semidiameeter terre quod est. 36000. milliariorum. Et longitudi martis longior que est longitudi iouis proprior est. 8876. tantum quantum semidiameeter terre quod est. 18847000. milliariorum. Et longitudi iouis longior que est proprius longitudi saturni est. 14400. Tantum quantum semidiameeter terre quod est. 46816250. milliariorum. Et longitudi saturni longior que est equalis longitudini stellarum fixarum et est qua pars dimidi diametri circuli signorum est. 2010. tantum quantum semidiameeter terre quod est. 65357500. milliarum. Et cum duplicatum fuerit hoc prouenit et qualitas totius diametri circuli signorum idest octaua sphaera que est. 130715000 milliariorum. Et cum multiplicatum fuerit hoc per. 3. et septuaginta unius proueniet quantitas circumferentie circuli signorum vel cuiusque alterius cirelli maioris descripti in octaua sphaera que est. 41081850. milliariorum; eritque mensura uniuscuiusque gradus circuli maioris. 1141160. millaria.

Ordine vero planetarum. Dic ponit ordinem planetarum in conceptionibus puerorum scilicet ordinem ingubernando fetus quodam est in utero matris. Dicit quod saturnus gubernat ipsum ab hora conceptionis usque ad finem unius mensis. In secundo mense gubernat ipsum iupiter. In tertio mars. In quarto sol. In quinto venus. In sexto mercurius. In septimo luna: et propter hoc ut dicitur puer in septimo mense petit exitum: quia opera omnium planetarum sunt in eo completa: et qui tunc nascuntur possunt vivere propter eandem causam. Deinde reverteretur gubernatio ad saturnum et gubernat ipsum in octavo mense. et tunc qui nascuntur non vivunt propter malitiam saturni. Deinde gubernat ipsum iupiter in nono mense: et tunc communiter nascuntur et vivunt propter bonitatem iouis. Deinde ponit ordinem planetarum in regnum corporis post nativitatem quantum ad processum in etatibus: et dicit quod luna incipit natum regere ab ingressu eius in mundum et regit ipsum quatuor annis qui sunt anni nutritionis. Deinde mercurius regit ipsum decem annis. Deinde venus octo. Deinde mars. 15. post hoc iupiter. 12. Deinde saturnus usque ad finem vite.

Laput draconis. Dic ponit naturam capitis et caude draconis et patet.

Si autem fuerit aliqua dies. Dic ponit ordinem planetarum in conceptionibus puerorum scilicet ordinem ingubernando fetus quodam est in utero matris. Dicit quod aliqua dies sit alicuius planete, prima hora illius dici secundum quod prima hora incipit ab ortu solis est illius metus et secunda hora est planete qui succedit in ordine celorum descendendo. et tertia tertii planete in ordine et sic per ordinem usque ad finem. 12. horarum dici artificialis. Et ille planeta cuius est. 13. hora ille est dominus illius nocte: cuius est. 25. hoc scilicet prima hora dies sequentis illius est dies sequens. et auctor ponit ex eius in littera. ideo non est necesse ut ponam. et sic completa est expositio secunde differentiae hujus libri.

Et quia annuente deo. *Ista est tertia differentia*
huius libri i qua auctor
determinat de esse planetarum in semicipsis et de esse eorum ad minus vel
licet unum ad alterum. Et dividitur in duas partes: quoniam in prima determina-
natur de esse eorum in semicipsis. In secunda parte de esse eorum ad minus vel. secunda
est ibi. De esse autem ipsorum ad minus vel. Et illa dividitur in duas: quoniam pri-
mo determinat de esse quinque planetarum respectu luminarum. Secunda de esse
eorum inter se. secunda ibi: esse autem. Minimo determinat deesse eorum in se ipsis.
Et est sententia littere talis planete aliquando dicuntur ascendentes et aliquan-
do descendentes. et aliquando dicuntur aucti lumine et magnitudine: et aliquan-
do diminuti lumine et magnitudine. Et quando dicuntur aucti numero et quan-
doque diminuti numero. Et quandoque dicuntur aucti motu et quandoque dimi-
nuti in motu. Et omnes planetae preter solem dicuntur quandoque septentriona-
les et quandoque meridionales. Et dicuntur ascendentes et descendentes in septen-
trione et meridie. Ista sunt que accidunt planetis in semicipsis. Et ista exponit
auctor per ordinem in littera dicens quod planeta quandoque ascendit in circuito suo
eccentrico ita quod sit in superiori parte eccentrici sui non distans ab auge per 90. gra-
dus ante vel retro. et tunc lumen eius apparet minus et etiam apparet minor in
quantitate et eius cursus est. tunc tardus quantum ad motum centri epicycli. et
dicuntur tunc fortior. Quando autem est aliqua longitudinem mediaram eccentrici sui. scilicet distans ab auge per 90. gradus precise. tunc est equalis in lumine
et magnitudine et cursu id est non diciur magnus neque parvus in lumine vel ma-
gnitudine et motus centri epicycli est equalis cum medio motu ipsius. Cum vero
fuerit extra hec loca scilicet distans ab auge plus 90. gradibus ante vel retro. tunc
descedit et apparet maior: lumine et magnitudine et mouetur centrum epicycli. tunc
velocius quam medius motus ipsius. Et cum fuerit argumentum planetae equa-
tum minus. 180. gradibus scilicet quando additur equatio argumenti super me-
dium motum. tunc dicuntur aucti numero. Et si argumentum equatum fuerit
plus. 180. gradibus scilicet quando equatio argumenti subtrahitur a medio mo-
tu. tunc dicuntur numero diminutis. Sed in luna quando additur equatio dicuntur
aucti numero. quando subtrahitur dicuntur diminuta numero. Et quando aliq[ue]
trium planetarum aliorum mouetur velociter in medio motu suo vocatur aucti
motu: et quando vadit minus medio motu suo vocatur motu diminutus. Eodem
modo intelligitur de sole et luna. Et quando mouetur tantum quantum medius
motus luna. tunc dicuntur motu equali. Et quando venus vel mercurius moue-
tur velociter quam sol dicuntur aucti motu quando tardius dicuntur motu dimi-
nutus. Et quando aliquis planetarum. 6. transuerit. nocturnum intersectionis de se
rentis sui cum ecliptica qui nondus vocatur genzahar est septentrionalis. Et est
septentrionalis ascensio id est augens latitudinem quousque elongatus fuerit ab
intersectione per 90. gradus. Et cum elongatus fuerit plus 90. gradibus ab in-
tersectione est septentrionalis descendens id est minuens latitudinem quousque elonga-
tus fuerit ab intersectione per 180. gradus. et tunc est intersectione opposita pri-
me et nullam habet latitudinem id est in ecliptica: et cum transuerit illam ne-
eius latitudo meridiana est meridionalis descendens quousque elongatus fuerit
ab intersectione prima per 270. gradus. Et cum transuerit hunc numerum et

meridionalis ascendens quousq; revertitur ad intersectionem primam vbi latitu
do eius erit nulla. Hoc est sententia littere de esse planetarum semelipsis.

DEsse autem ipsorum adinicem
tractemus. Primi determinauit de esse planetarum in seipsis. Hic deter
minat de esse eorum adinicem, et primo de esse quinque planetarum respectu lux
minarum: Et dividitur in quatuor partes secundum quatuor esse que habent
planete erga solem et lunam. Primum est visio faciei ad faciem. Secundum est
securitas. Tertium est combustio. Quartum est orientalis et occidentalis. Primo
ergo determinat de visione faciei ad faciem. Secundo de securitate. Tertio de com
bustione. Quarto de orientalitate et occidentalitate. Prima pars est in principio.
Secunda incipit ibi: et ex hoc ductoria. Tertia ibi: et omnis planeta. Quarta ibi:
et ex quo alios. Sententia prime partis est. Quando aliquis planeta fuerit
occidentalis a sole scilicet qd oratur post solis ortum et fuerit inter ipsum et so
lem tot signa quot sunt inter dominum illius planete et leonem qui est dominus so
lis talis planeta dicitur esse in visione solis facie ad faciem: Terti gratia: capitulo
nus est dominus saturni et sextum signum a domo solis: scilicet leo: cum ig
tur fuerit saturnus in sexto signo a sole computando numeruz signoz a sole veritas
saturnum secundum ordinem signorum. Alter enim non esset occidentalis si no
computaretur hoc modo. tunc dicitur ipsum videre facie ad faciem. Et signum
sagittarij est quintum a leone. cum igitur Jupiter fuerit in quinto signo a sole in
cipiendo a sole versus iouem secundum ordinem signorum dicitur videre ipsum
facie ad faciem. et sic de alijs. Et quando aliquis planeta fuerit orientalis a luna
et fuerit inter ipsum et lunam secundum ordinem signorum tot signa quot sunt
inter dominum ipsius planete et dominum lune: scilicet cancri. tunc dicitur esse in ei
visione facie ad faciem. Terti gratia: cancer est signum sextum ab alia domo sa
turni: scilicet ab aquario: ideoqz cum fuerit luna a saturno in sexto signo est inter
eos visio facie ad faciem. Et etiam cancer est signum quintum a domo iouis: sci
licet a pisces: ideoqz cum fuerit luna in quinto signo a iove secundum ordi
nem signorum est inter eos visio facie ad faciem: et sic de alijs suo modo poteris
exemplificare.

Hoc ductoria planete. Hic determinat de se
netarum erga luminaria: scilicet de ductoria: quoditez est qd securitas. Et
est sententia talis quando aliquis planeta est in suo haui et in aliquo angulorum
ascendentis: scilicet in ascidente vel in. 10. vel. 7. vel. 4. domo et aliquo lum
inarum sit in aliquo angulorum ab ipso planeta, ita qd sit planeta in die orienta
lis a sole et in nocte occidentalis a luna: hoc est vt sit in die in. 10 signo. a sole. tunc
enim est in angulo a sole et orientalis. vel in nocte in quarto signo a luna. hic eni
m est in angulo a luna et occidentalis. tunc dicitur esse in sua ductoria. Angulus au
tem oppositionis non habet hic locum. Ratio est quia planeta existens in oppo
sitione solis vel lune nec est orientalis nec occidentalis. Postea dicit qd omnis plane
ta a tempore quo absconditur sub radijs solis usq; ad tempus quo incipit appa
rere dicitur combustus. Et incipit cumburi quando incipit intrareradios: et cum
venerit prope solem infra. 12. gradus vocatur oppressus: et cum fuerit cum sole

In eodem gradu et fuerit inter eos minus semidiametro solis et cum hoc latitudo planetæ fuerit minor semidiametro solis dicitur utinus vel incorporatus soli. Et cum transuerit hanc unionem dicitur esse in convalescentia donec sit liberatus a radibus solis.

Et quo apparent altiores tres. Hic de terminis
de orientalitate et occidentalitate planetarum. Dicit quod tres planetæ superiores quando exirent de sub radibus solis et incipiunt apparere de mani ante ortum solis quousque veniant ad oppositum solis. hoc est quod sunt propinquiores circulo horizontis orientalis quam occidentalis quando sol est in linea media noctis. tunc vocantur orientales et dextrae. Locantur orientales eo quod oririuntur ante solem: et vocantur dextrae eo quod sunt in dextra parte celi a sole. Mars enim occidentalis est extra et orientalis sinistra. Nonatur enim quod homo veritat faciem suam versus meridiem patet quod orientis est sibi a sinistris et occidens a dextris. Et quando aliquis trium superiorum planetarum transuerit oppositionem solis dicitur occidentaliter sinistre. diciuntur orientalis non quod sit in parte occidentali celi a sole: immo huius contrarium est verum. Sed dicitur occidentalis pro tanto. quia occidit post solem. Et dicitur sinistra quia est in parte orientali celi a sole que est sinistra secundum quod dictum est. Venus vero et mercurius quilibet eorum infra tempus quo circum epicyclum suum coniungitur solibus una vice per directionem scilicet in superiori parte epicycli. Alia vice per retrogradationem scilicet in inferiori parte epicycli. Igitur aliquis eorum separatur a coniunctione solis in medio retrogradationis. scilicet in inferiori parte epicycli recedit a sole versus partem occidentalem celi. Et quando elongatus fuerit a sole tamen quod potest videri videtur de mani ante ortum solis. Ideo tunc vocantur orientalis dextrae donec comburatur a sole id est donec iungatur soli in superiori parte epicycli per directionem. Et cum separatus fuerit a sole per directionem videtur de vespere post occasum solis. ita tunc vocantur occidentalis sinistre donec iterum comburatur. Et est dies inter venerem et mercurium et tres superiores venus enim et mercurius quousque in recessu eorum a sole sive in exitu de sub radibus sunt orientales et quousque in exitu eorum de sub radibus sunt occidentales. Planetæ autem superiores semper eum exirent de sub radibus solis sunt orientales. Et dicitur augmentari in fortitudine donec sint elongati a sole per 30. gradus. et a 30. usque ad 60. dicitur fortes. Et postquam elongati fuerint a sole ultra 60. gradus dicuntur orientales euntes ad debilitatem quousque ad principium retrogradationis. Et a principio retrogradationis usque ad oppositionem solis dicuntur orientales retrogradi. Et ab oppositione usque ad directionem dicitur occidentales retrogradi. Et a directione usque ad 30. gra. post directionem dicuntur occidentales fortes. Et a 30. gra. du post directionem quousque veniant ad 30. gradu. propter solem dicuntur occidentales euntes ad debilitatem. Et postea dicitur orientales debiles quousque comburantur. Veneris vero et Mercurii quando separantur a sole per retrogradationem sunt orientales et vocantur debiles quousque veniant ad directionem: et a direktione donec sint elongati a sole tantum quantum solent elongari in principio retrogradationis dicitur orientales fortes. Deinde sunt debiles orientales et quousque opprimantur sub radibus solis: et postea dicuntur unti cum sole: deinde combusti euntes ad apparitionem: et ab apparitione eorum usque ad elongationem eorum a super-

riori parte epicycli per .60. gradus sunt occidentales fortes: et ab hoc loco usq; ad retrogradationem sunt occidentales eventes ad debilitatem: et postea usq; coniunctionem sunt occidentales debiles. Si vero non intelligeretur littera hoc modo esse falsa cum non possit posse eos elongari a sole usq; ad .60. gra. in zodiaco. Nostra dicit quando aliquis planeta exire sub radiis solis et nulli coniungitur corpore vel aspectu est in suo lumine proprio.

Sese illorum erga se innicem. Primi de- terminauit
de his que accidunt planetis in semiperipsis: et his que accidunt quinq; plati-
netis erga luminaria. Hic determinat de his que accidunt et planetis ad se inni-
cem. Et possunt dividiri in tot partes quot sunt modi accidentium que accidunt pla-
netis ad innicem. Et possunt reduci ad .16. modum secundum sententiam littere qui
sunt isti coniunctio: vacuatio: cursus: scintillatio: translatio luminis: redditus lumi-
nis: prohibicio: pulsatio nature: recepicio: redditus nature: refrenatio sive pratrie-
tas: frustratio: abscissio luminis: veneratio: destructio: obsecro: dilectio et odium.
Ista exponit auctor in littera per ordinem usq; ad finem istius differente. Unia pri-
me pars est talis. Coniunctio est cum fuerint duo planetae in duobus signis que se
aspiciunt aliquo aspectu: et ille q; fuerit lenior inter eos. i. velocior in motu trahue-
rit de suo signo pauciores gradus q; ponderosus. i. tardior motu de suo signo. ita
q; dicit ista sit .6. gra. vel infra: et nunc dicit q; lenior vadit ad coniunctionem ponde-
rosioris: verbi gratia: ponit q; sol sit in ariete et trahuerit de ipso ariete. .6. gra. et mars
sit in Leone et trahuerit de ipso. .12. gra. ista duo signa aspectum se aspectu trino.
Et sol qui est velocior in motu q; mars transiit pauciores gradus de ariete q; mars
de leone: et sunt in dicitur .6. gra. in proposito exemplo sol vadit ad coniunctionem
martis de aspectu trino. Et si sol esset in .12. gra arietis: et mars in .12. gradu leo-
nis: tunc esset coniunctio compleat. Et sol esset ultra duodecim gradum arietis
marte existent in. i. Leone: tunc esset inter eos separatio. Et hec vocatur coniunctio
longitudinis. Coniunctio autem longitudinis est cum fuerint duo planetae in uno si-
gno coniuncti corporaliter et sursum equalis longitudinis ab ecliptica ita quod
latitudo unius sit ascendens in septentrione et alterius descendens in septentrione:
vel unius ascensio in meridie et alterius descendens in meridie. Uel si fure-
rit coniunctio ex aliquo aspectuum et altitudo unius fuerit septentrionalis: ascen-
dens: alterius meridiana ascensio. Verbi gratia: ponit q; luna coniungatur
saturno in aliquo signo: et in aliquo gradu et minuto illius ita quod saturnus sit
intra genzahar sui vadens ad septentrionem in altitudinem: et sit eius latitudo. 3. mi-
nuto: et luna appropinquet ad caudam draconis veniens a septentrione minuens
latitudinem: ita q; eius latitudo similiter sit. 3. minuto: hec est coniunctio verissi-
ma quantum ad longitudinem et latitudinem. Et in hoc casu luna eclipticam sat unius
nisi diversitas aspectus lune esset tanta q; impediret. Licit auctor dicat quando
latitudo unius debet esse ascendens et alterius descendens: ut videat inibi q; in
coniunctione corporali in omni casu quo coniungere poterit q; latitudines am-
borum sint equales ad eandem partem. Tolo dicere q; ambae latitudines sint septen-
trionales vel ambe meridionales erit coniunctio latitudinum viridicata: et in aspe-
ctu oppositionis: si latitudines fuerint equales in diversis partibus ita q; una sit
meridionalis et alia septentrionalis erit aspectus veridicus quantum ad latitudines.

¶ Cum seperatur unus planeta ab

altro. Dic ponit vacuationem cursus. Dicit quod aliquis planeta fuerit coniunctus alteri corpore vel aspectu: et post separationem ab illo non coniungitur alii cuius alteri corpore vel aspectu quando fuerit in illo signo. tunc dicitur esse vacans cursus. Verbi gratia: pono quod luna iungatur ioui corporaliter in sagittario: et post separationem eius a ioue non sit aliquis planeta in sagittario cui possit iungi: nec radix alicuius quem possit aspicere in hoc casu luna est vacua cursu donec creat de sagittario et iungatur alicui corpore vel aspectu.

¶ Cum fuerit planeta in aliquo signo.

Dicit quando aliquis planeta fuerit in aliquo signo vbi nullus alter planeta sit nec radix alicuius ille planeta quando fuerit in signo illo sic se habente dicatur esse serialis: sive silvestris in similitudine hominis non habentis societatem cum aliquo.

Et cum fuerit separatus. Dicit quando planeta velocius motus separarerit se a planeta tardioris motus et in separando se ab eo iungatur alteri. tunc transire naturam primi ad secundum. Verbi gratia: pono quod luna separetur a coniunctione corporalis iouis: et antequam compleatur separatio coniungatur saturno aliquo aspectu: vel corporaliter luna transire. tunc naturam iouis ad saturnum. Sit etiam alio modo translatio scilicet quando planeta leuis coniungitur ponderiori se: et ille ponderosus alteri adhuc ponderosiori se tunc medius transire naturam leuis ad ponderosiuorem. verbi gratia: pono quod luna aspiciat iouem aliquo aspectu et impetr aspiciat saturnum. Jupiter in hoc casu transiret naturam lune ad saturnum.

Si autem non coniungitur. Dicit quod quando hoc modo dispositi quod unus eorum non iungitur alteri. sed ambo iunguntur alicui tertio. tunc si ille tertius aspiciat aliquem locum ex locis circuli proiecitur lumen illoz dnoz ad illum locum. Et si aliquis planeta fuerint in loco radioz suoz reddit illi lumen illoz dnoz. Verbi gratia: pono quod sol sit in capricorno et venus in pisces: sita qd non aspiciant se. Deinde pono qd mars sit in cancero aspiciens solem de opposito et venarem de tertio in hoc casu mars recipit lumen solis et venoris: et reddit lumina ipsoz ad loca circuli in quibus sunt radij martis: et hoc vocatur redditus luminis. Sit etiam alio modo redditus luminis quando duo planetae non aspiciunt se: sed tertius transiret lumen unius ad alterum ita qd separetur ab uno et iungatur alteri: et tunc idem est qd transire.

Sequitur prohibitio. Dicit quando tres planetae fuerint unus et ille qui fuerit tardior: non transuerint plures gradus illius signi quam aliquis aliorum duorum. tunc medius eorum prohibet coniunctionem leuiorius cum ponderoso. verbi gratia: pono quod saturnus sit in 12. gradus virginis: et pono quod mars sit in quinto gradu eiusdem virginis. in hoc casu mars peccat coniunctionem saturni. Sed pono quod luna sit in 8. gradu eiusdem virginis in hoc

casu non esset indicandum q̄ mars coniungeretur saturno: quia luna est in me-
dio & prohibet eius coniunctionem. Si etiam phibitio alio modo: ita q̄ duo pla-
nete sint in uno signo & leuior iungitur ponderosior & alter planeta aspiciat eum
deinde ponderosum & aspectus eius sit ita prope sicut coniunctio corporalior alter-
ius: tunc ille qui corporaliter iungitur prohibet aspicientem ne aspiciat. Et si
in hoc casu unus illorum fuerit propinquior: q̄ alter ille qui fuerit propinquior
obtinet & dicitur iungi ponderosior. verbi gratia: pono quod saturnus sit in .2.
gradu virginitatis & mars in .8. gradu eiusdem. Et pono quod iupiter prospiciat
radios suos ad octauum gradum virginis in hoc casu mars prohibet aspectum
louis. Sed si iupiter prospiceret radios suos ad nonum gradum esset indican-
dum quod iupiter aspiceret saturnum & cum hoc prohiberet coniunctionem mar-
tis. Et si iupiter prospiceret radios suos ad .7. gradum esset indicandum q̄ mars
ungiungeretur saturno & cum hoc prohiberet aspectum louis.

Et si iungitur planeta domino illius
signi. Dicit quando aliquis planeta iungitur per aspectum domino illius signi
in quo fuerit vel dominus exaltationis vel triplicitatis vel termini vel faciei di-
citur mittere naturam dominii illius dignitatis ad ipsum cuius fuerit dignitas:
verbi gratia: pono q̄ sol sit in capricorno aspiciat saturnum ex termino virginis
in hoc casu sol est in domo saturni & mittit naturam ipsius saturni saturno. Et si
leuis planeta fuerit in aliquo loco vbi h̄z dignitatem aliquā: verbi gratia: quod
sit dominus sua vel exaltatio &c. & aspiciat aliquę planetā pōderosiorē & qui nul-
la habeat dignitatē in loco eius dicitur leuis mittere lūam forū: dñe ponderoso:
verbi gratia: pono q̄ luna sit in thauro. s. in exaltatione sua & aspiciat saturnū ex-
tem in virginē de trino. In hoc casu luna naturam suam sive virtutē mittit ipsi sa-
turno: licet saturnus nullam habeat dignitatem in loco lune. Sed si saturnus ha-
beat dignitatem in loco lune: verbi gratia: pono q̄ luna sit in .24. gradu tauri in
exaltatione sua & in termino & facie saturni & aspiciat saturnum mittit saturno
naturam propriam & naturam saturni ratione termini & faciei sive.

Et quando fuerint aliqua dignitatuz
stuarum. Dicit planeta leuior aspicit ponderosiorē & leuior habet dignitatem
in loco in quo est & ille quem aspicit etiam habet ibidem aliquam dignitatem: unde
leuis mittit ponderoso utraq; naturas. s. suam propriam & illius quem aspicit. &
hec missio vocatur receptio: verbi gratia: pono q̄ sol sit in ariete in exaltatione sua
& in domo martis & aspiciat martem aliquo aspicit in hoc casu sol mittit marti
naturam suam propriam & q̄ hoc naturam martis rōne domus sue. & mars re-
cipit solem a domo sua. Et si contingat q̄ inferior sit in dignitate superioris. & ecō
tra superior in dignitate inferioris illa est melior receptio q̄ iste pōt: verbi gratia:
sit sol in ariete in domo martis & mars in Leone in domo solis & sol aspiciat mar-
te aspectu tertio talis receptio integra & pfecta.

Hinc sequitur redditus. Dicit quando inferior plane-
ta aspicit superiorē & ille quē
aspicit est combustus sub radijs: vel retrogradus. in hoc casu superior reddit in-
feriori virtutem quā sibi misit q̄ pp debilitatem suā nō pōt retinere eā. Et si i ta-

Ili casu vtereq; fuerint in angulo vel in succedenti. tunc redditus fit cū proficuo. Et si inferior fuerit in angulo et superior non ita m̄ q̄ superior recipiat inferiorē talis redditus etiā sit cū proficuo. Et si inferior fuerit cadens ab angulo et superior in angulo sit redditus cum proficuo. Et si ambo fuerint cadentes redditus sit cum detrimento. verbi gratia: pono q̄ luna sit in thauro et aspiciat mercuriū existēt in capricorno cōbusū in hoc casu luna mituit mercuriū naturā suā. Sed q̄ mercurius est cōbusus non p̄t retinere naturā sibi misam: iō redditus lumen illud qd recipit ab ea et si in hoc casu ambo fuerint in angulis redditus est proficus. et.

Deinde sequitur almenem. Dicit quando planeta

in periori: sed anteq; cōpleat coniunctio inferiori sit retrogradus hoc vocat refrenatio. verbi gratia: pono q̄ saturnus sit in. 12. gradu virginis: venus in principio virginis vadens ad coniunctionem saturni. Sed cum pueretur venus ad 8. gradū vel nonum. s. anteq; contingat saturnū incipit retrocedere. in tali casu refrenantur venus ne coniungatur saturno: et idē intellige de aspectu si iret ad aspectum: sed anteq; aspectus cōpleretur inciperet retrocedere.

Hanc sequitur alchorad. i. contrarie-

tas. Dicit quod contrarietas est quando tres planetae fuerint in uno signo quoꝝ unus sit ponderosus: et alij duo leues: et unus duorum leuum transuerit ponderosum et alter pateat coniunctionem ponderosi. sed anteq; coniungat ponderoso: ille qui transuerit ponderosum sit retrogradus: et coniungitur ponderoso per retrogradationem: et obuiat alteri leui: tunc retrogradus destruit coniunctionem illius cui obuiat cū ponderoso. Verbi gratia: pono quod sit saturnus in. 8. gradu virginis: et mars sit in. 12. gradu eiusdem et iupiter sit in principio virginis petet coniunctionem saturni: sed anteq; coniungatur sibi: mars incipiat retrogradari et coniungi saturno per retrogradationem et obuiet ioui in hoc casu mars destruit coniunctionem iouis cum saturno.

Sequitur alphariz id est frustratio. Dicit fru-

stratio est quando planeta leuis petit coniunctionem ponderosi. sed antequam cōpleatur coniunctio ponderosus intrat aliud signum et sint radij aliqui alterius planetæ in principio illius signi. tunc quando leuis volens cōiungi ponderoso intrat illud signum coniungitur radijs illius planetæ ibi aspiciens: et sic annulatur coniunctio prima: verbi gratia: pono quod saturnus sit in. 29. gradu leonis et mars sit in. 24. gradu eiusdem petens coniunctionem saturni. Sed anteq; iungatur mars saturno: saturnus intret virginem: et pono quod iupiter aspiciat primū gradum virginis. in hoc casu mars exiens de leone coniungitur radijs iouis: et sic annullatur coniunctio martis et saturni.

Hanc quoq; sequitur abscisio lumini-

nis. dicit q̄ abscisio luminis est qn aliquis planeta leuis petit coniunctionem ponderosi. et in secundo signo a signo ponderosi sit alter planeta. sed anteq; leuis iungat ponderoso. ille qui est in scđo signo sit retrogradus et iungit ponderoso. in tali casu retrogradus abscondit lumen ponderosi a planeta qui solebat ei iungi. Et ē quasi

idem quod contraristas sed differt in hoc qd in contrarestate planeta retrograd⁹ non solum iungitur ponderoso sed etiam iungitur leui qui volebat iungi ponderoso per obviationem & potest exemplificari sicut ibi fuit dictum. Sit etiam alio modo obficio luminis. scilicet quando planeta leuis petit coniunctionem ponderosi & ille ponderosus petat coniunctionem alterius ponderosioris & iungitur ei ante ejus leuis iungatur primo ponderoso. verbi gratia. pono qd mars petat coniunctionem iouis & iupiter pater coniunctionem saturni & antejus mars iungatur ioui iupiter iungatur saturno: in tali casu saturnus abscondit lumen ioui a marte.

Sunt quoque his planetis. Dicit qd planetæ in quibusdam locis cofortantur & in quibusdam debilitantur & in quibusdam locis sunt fortune & in quibusdam inferiore. Sunt fortune in aspectu sexili vel tertio bonorum & vi infortunie sunt cadentes ab eis iuxta qd intelligendum est qd quando aliquis planeta est in eodem cum aliо vel in quarto vel in septimo vel in decimo ab ipso dicit esse in angulo ab illo. Et si fuerit in secundo signo ab ipso vel in quinto vel in octavo vel in 11. oicitur esse. ab ipso in succedenti. Et si fuerit ab ipso in tertio signo vel in 6. vel in 9. vel 12. dicitur esse in cadenti ab ipso. Sunt etiam fortune quando separantur ab una fortuna & iunguntur alteri aut quod sunt inter radios duarum fortunarum & hoc vocatur veneratio a quibusdam. Sunt etiam fortune quando sunt uniti sole in eodem gradu aut quod sunt in eius aspectu tertio vel sexili vel in aspectu trigesimi vel sexili lune: & etiam ut sunt aucti numero & lumine. & quod sunt in aliqua dignitatum suarum vel in suo hanc. Et planetæ sunt fortiores quando ascendunt in circulo augis & quando sunt septentrionales vel ascendunt in septentrione. Si militer fortificantur quando sunt in statione secunda eunt ad directionem. Si militer quando exirent de sub radiis solis & quando sunt in angulis vel in successentibus. Et tres superiores fortificantur quando sunt orientales. Et si aspicimus solem aspectu sexili augmentatur eorum fortitudo. Similiter quando fuerint in quarinis masculinis vel in signis masculinis. Fortitudo solis etiam augmentatur in quarinis & in signis masculinis preter ejus in libra: ibi enim non fortificatur propter calorem ab exaltatione licet libra sit signum masculinum & etiam in quadra masculina. Et tres inferiores planetæ. scilicet existens sub sole significantur quod sunt occidentales a sole. & in quartis & insignis feminis. Et luna fortificatur cum fuerit in nocte super terram: & in die sub terra. & cum fuerit in signo & in loco feminino & cum fuerit in exaltatione solis. scilicet in ariete.

Ex infortunio vero planetarum. Dicit qd planetæ sunt infortunii id est infortunantur quando sunt in aspectibus malorum. & quando coniunguntur malis per corpus vel per aspectum ita quod inter eos et corpus malorum sint et radios malorum sit minus termino unius planete. Et infortunantur quando sunt in terminis malorum aut in dominibus malorum. Verbi gratia. iupiter vel venus infortunatur in terminis saturni et martis et in dominibus eorum. Et infortunantur quod infortunantur sicut elevarsuper ipsos. ita quod sunt infortunii in 10. vel 11. signo ab ipsis. Iuxta qd intelligendum est quod planetæ existentes in 10. signo ab aliо dicitur elevarsi super ipsum. sicut existens in 10. domino elevaratur super ascensionem: et si istud fiat sine r. c. pilone est peius. Verbi gratia. pono quod impuer sit

In principio sagittarij et saturnus in principio virginis: In hoc casu saturnus ele-
vatur super iouem. Clrigo enim est decimum signum a sagittario. Infortunantur etiam quando sunt in coniunctione solis: vel in opposito solis: vel in aspectu eius quarto. Etiam infortunantur quando sunt in capitibus suorum genzahar idest in intersectionibus deferentium eorum cum ecliptica sive in capite vel can-
da draconis eorum: vel prope hec loca per. 12. gradus vel infra maxime si in his locis luna fuerit impedita ab eis: vel sol scilicet vt luna: vel sol iungatur eis in his locis vel aspectuat eos aspectu inimico. Ratio autem quare infortunantur in his locis est quia possunt ibi eclipsari. Infortunantur etiam quando distant a sole per quattuor gradus ante vel retro. Et quando fuerint inter corpora vel radios duorum malorum: ita quod separentur ab uno malo corpore vel aspectu et iungant alteri malo: aut fuerit malus: vel radij eius in signo quod est ante eum et alter ma-
lus vel radij eius in signo quod est post eum. tunc enim dicitur obsecus. Verbi gratia: pono q̄i iupiter sit in virgine et in. 11. gradu: et mars vel radij martis sine in. 10. gradu eiusdem et saturnus vel mars sint in. 12. gradu eiusdem in hoc casu iupiter diceretur obsecus a duabus infortunis. Eodem modo dicitur de signis q̄i sunt obsecra quando unus malus est in eius principio et alter in eius fine. Sed q̄i sol vel fortuna aspicit planetam vel signum obsecrum aspectu sexili: vel tertio: ut q̄i sit aspectus ad. 7. gradus prope vel infra: tunc per talem aspectum soluitur obsecus. Infortunantur etiam quando sunt retrogradi vel combusti aut cadentes ab angulis. Et debilitantur quando sunt tardi cursus quod vadant minimo medio motu eorum. Et q̄i sunt in statione prima cuncte ad retrogradationem: aut q̄i sint in gradibus tenebrosis: aut planetae masculini in signis vel gradibus femininis: et in die sub terra et in nocte super terram: aut feminini in signis ma-
sculinis et in gradibus masculinis et in die super terram et in nocte sub terra. Hoc enim est contrarium hanc idest si militidini eorum. Et debilitantur sive infortu-
nantur quando sunt in locis oppositis dignitatum suarum: aut q̄i sint in latitudine meridiana ab ecliptica maxime si fuerint descendentes in eadem latitudine: aut sint in via combusta s. a medietate libre vloq ad medium scorpionis: aut sint iuncti planete retrogrado: aut cadenti: aut quod non sint recepti. Et tres superio-
res s. saturnus iupiter et mars debilitantur cum fuerint occidentales a sole: aut in quartis femininis: et sol debilitatur in signis et in quartis femininis: nisi fuerit in nona domo: q̄i in illa gaudet. Tres inferiores s. venus mercurius et luna debili-
tantur in signis et in quartis masculinis. Et dicitur de planetis quod sunt q-
dam eorum sciuicem diligentes. Dicit quod quidam planetae diligunt sciuicem
et quidam habent se odio: et patet in littera: et sic completa est expositio terie dif-
ferentie alchabitici introductorij ad iudicium.

Differentia quarta in expositione
nomiñ astronomicorum. Completis tri-
bus differen-
tijs huius libri in quibus auctor determinauit de esse circuli signorum essentiali
et accidentalis in prima differentia: et de naturis septem planetarum in secunda dif-
ferentia: et de his que accidunt septem planetis in semelipsis: et adiuvicē s. in ter-
tia differentia. Sequitur quarta differentia in qua exponit nomina quibus via-

tur magistri iudiciorum et docet ea applicare ad opus. Et potest tota illa differen-
tia dividiri in 16. partes sive in 16. capitula que ponit in ea. In primo capitulo loqui
tur de coniunctionibus magnis connumerando eas. In secundo capitulo docet in-
vestigare gradum ascendentem alicuius nativitatis. In tertio capitulo docet elige-
re locum vite in nativitatibus. In quarto capitulo docet eligere datorē annoꝝ vi-
te in nativitatibus. In 5. docet eligere planetā dñatorē nativitatis q̄ precessit nato-
post hylech et alcochodez. in. 6. tractat de 'profectu annoꝝ nativitatis et mundi.
in. 7. cap. docet dirigere significatorē quelibet ad quālibet locū circuli. In. 8. docet
dirigere gradum ascendentem in nativitatibus. in. 9. docet inuenire duodenarias
planetarum et domorum. in. 10. docet invenire nonenarias. In. 11. docet inuenire
decanū. in. 12. docet inuenire dñm orbis sine hora. in. 13. docet inuenire annos fri-
gidarie in nativitatibus. in. 14. docet cognoscere quis planetarum eleuatur super
alterum. in. 15. docet inuenire qn̄ sit apertū portarū. in. 16. loquitur de horis for-
tunatis et inforūmatiꝫ; ubi partes incipiunt patet in processu. In primo ergo. ca-
pi. loquitur generaliter de magnis coniunctionibus et dicit q̄ coniunctiones ma-
gne sunt res significantes distruptiones mutationes que sunt in hoc seculo
et sunt. 6. in numero. ¶ Natura maior oībus coniunctionibus est coniunctio iōnis
et saturni in principio arietis et hoc sit in. 960. annis semel. ¶ Sed et coniunctio est
mutatio p̄iunctio iōnis et saturni de una triplicitate ad alterā et hoc sit in. 240.
annis semel. Et qn̄ venit p̄iunctio eoz ad aliquā triplicitate anteq̄ exeat illa duo
decies coniunguntur. Verbi gratia: coniunctio iōnis et saturni nunc est in triplici-
tate aerea et incipit in signo geminoꝝ anno dñi. 1325. ab illo tpe in. 20. annis. scilicet au-
to. dñi. 1345. cōiungens in aquario et ab illo in. 20. annis continguntur in libra
et postea in geminis: et ita sicut hunc ordinē donec in his tribus signis duodecies
coniungantur et si multiplicaueris. 20. per. 12. inueniens. 240. annos post quos
coniunctio mutabit se et intrabit triplicitatem aquaticā et stabit ibi similiter per
240. annos et sic de alijs triplicitatibus intelligas: et intelligas q̄ sicut dicit q̄ cō-
iunctio maxima reuerterit in. 960. annis ad principium arietis. i. ad triplicitatem
igneā: ita coniunctio intrans principiū alicuius alterius triplicitatis non reuer-
tur ad principiū eiusdem nisi post. 960. annos stabit igitur ut supra dictū est in qua-
libet triplicitate. 240. annis triplicitates sunt quatuor: multiplica igitur. 240. p
quatuor: et inuenies. 960. annos. Tertia coniunctio est martis et saturni in cancerō
in quibuslibet. 30. annis. Quarta coniunctio est iōnis et saturni quoque signo
suerit: et hoc sit in. 20. annis semel. Quinta coniunctio est introitus magni lumi-
nariorū in primum minutum equinoxij vernalis. i. arietes. Sexta coniunctio est so-
lis et lune et eoz oppositio. Et qn̄ dicitur ascendens coniunctionis magne intelli-
gitur de ascendentē. scilicet introitus solis in arietē in illo anno in quo dñs fieri illa cōiū-
ctio. Verbi grā. p̄iunctio iōnis et saturni sicut in geminis anno dñi. 1325. Et ascen-
dens introitus solis in arietē in illo anno fuit taurus. 20. gradus: taurus ergo est
ascendens illius coniunctionis. Iste coniunctiones que dicitur sunt vocantur coniunc-
tiones magne. Aliie multe sunt coniunctiones in planetis quartā numerus ē. 120.
Sicut ptolomeū in. 50. propositione centiloquij. Dicit enim ibi. non obliuiscaris ēē
120. coniunctiones que sunt in stellis erraticis. In illis enim est maior scia eoz
que sunt in hoc mundo suscipienti incrementum et decrementum. Hanc ibi in co-
mento numerat eas; dicit quod quedā sunt coniunctiones binarie et quedā trina-

re quedam quadrinarse quedam quinarie quedam senarie quedam septenaria. Binaria autem confunctio est quando duo planete tantum coniunguntur: et hoc potest. 21. modis variari. Ternaria coniunctio est quando coniunguntur tres planetae et hoc potest variari triginta quinq[ue] modis. Quatrinaria coniunctio est quando coniunguntur quatuor planetae: et hoc potest variari similiiter. 35. modis. Quinaria coniunctio est quando coniunguntur quinq[ue] planetae: et hoc potest variari. 21. modis. Senaria coniunctio est quando coniunguntur sex planetae: et hoc potest variari. 7. modis. Septenaria non est nisi vna scilicet coniunctio omnium septem planetarum. Et si copulareris seu addideris hos numeros predictos ad inticem invenies. 120. Qui volunt singulas numerare inuenient eas numeratas in commesso propo fitionis prelegate.

Ex hoc annimodar quod est. In 13 capitulo auctor docet investigare gradum ascendentem aliquius natuitatis superposito quod sciatur signum ascendens et ignoretur gradus: et hoc docet secundum sententiam ptolemei non secundum propriam intentionem. Dicit enim ptolemeus. in. 34. propositione centiloquii Almusteli super locum coniunctionis vel preventiōnis est in consimili gradu anguli ex angulis omnis natuitatis humanae qui fuerint in illa coniunctione vel preventione. Et canis gradus qui non est similis gradu almitiē super locum coniunctionis vel preventiōnis non est angulus aliquius natuitatis humanae. Sententia littere talis est cum volueris inuenire gradus ascendentem natuitatis aliquius considera coniunctionem solis et lune que precessit natuitate vel oppositione si precessit oppositio. Si processit coniunctio natuitas dicitur coniunctionalis: si precessit oppositio sive preventio quod idem est natuitas vocatur preventionalis. Si natuitas fuerit coniunctionalis: considera gradum in quo coniunguntur lumina. scilicet gradum zodiaci in quo sunt coniunctio precedens illam natuitatem. et vide quis planetarum sit fortior in gradu per multitudinem testimoniorum ille enim est almitiē super locum coniunctionis. Equa ergo eum ad horam natuitatis quo equato constitue ascendentem ad horam natuitatis secundum estimationem. ita tamen quod sis certus de signo ascidente. Si enim deficeres in signo hec regula non valeret tibi. Habitò igitur signo ascidente hora natuitatis: considera viatum locus planete quem e quaesi tali dispositione stani sit propinquior gradui ascendentis vel gradui decime domus et cui eorum fuerit propinquior hunc hunc angulum facies similem gradui planete hoc est: ponet tot gradus signi existentis in angulo quot gradus pertransiuit planetæ de sinu in quo est. Et ut evidenter patet sententia littere pono in hoc exemplum. idono quod in hora natuitatis aliqua ascendens fuit libra sed necio quis gradus eius: et pono quod natuitas fuit coniunctionalis et coniunctio precedens eam fuit in. 6. gradu aquarii video quod saturnus est fortior in illo gradu: ergo equabo saturnum ad horam natuitatis et ponatur quod inuenias eum in 20. gradu virginis video quod saturnus in hoc casu est propinquior ascendentem quam medio celi secundum ascendentem estimationem facia ergo angulum ascendentis ad similitudinem gradus saturni. hoc est ponā. 20. gradus libri in ascidente et si fassit propinquior medio celi secundem angulum mediū celi. 20. gra. signi ibidē existens. Si au-

tem natuitas preventionalis fuerit operaberis per gradum oppositionis sicut
nunc tibi dixi de gradu coniunctionis idest considerabilis planetam habentes plus
res fortitudines in gradu oppositionis. Sed dubium est de gradu preventionalis
cum in preventione sive oppositione sol sit in uno gradu et luna in opposito que
ergo gradum accipiemus pro gradu preventionalis virum gradum solis vel gra-
dum lune. Dicit auctor secundum intentionem ptolomei quod gradum illius lumi-
naris accipere debemus quod fuerit super terram. Sed adhuc restat dubium. po-
natur quod unum luminare sit in ortu reliquum in occasu et sic neutrum erit super
terram nec sub terra. Dicit auctor quod quidam sapiens dixerunt quod debemus ope-
rari per gradum illius luminaris quod fuerit in orientem. Deinde dicit auctor
quod ptolomeus dixit si plures planete conuenirent in domino loci coniunctionis
vel preventionalis scilicet quod duo planete vel tres in loco illo haberent eae
forti-
tudines videlicet quod unus haberet ibi tot fortitudines quot alter: tunc debemus
accipere illum qui fuerit in suo haim: et si quilibet eorum fuerit in suo haim: tunc
debemus accipere illum qui citius deberet mutari ad melius esse idest illum qui
citius intrabit signum in quo haberet plures fortitudines quaz in illo signo in quo
est. Et si fuerit orientales a sole eligas eum qui fuerit et soli propinquior: dum
modo non sit combustus. Cetera istam partem notandum est quod alter est modus i-
nvestigandi gradum ascendentis natuitatis et ille modus accipitur a sententia ptolomei in s. i. propositione centiloqui ubi dicit. Locus lune in natuitate est ipse gra-
duis ascendentibus de circulo in hora casus spermatis in matricem et locus lune hora
casus spermatis est gradus ascendentis hora natuitatis. Est etiam intelligendum
ad evidentiam dicendorum quod more infantum in uteris matrum non sunt equa-
les secundum quod dicit hely in commento propositionis iam allegatae. Ab ore au-
tem sunt distinctie in. 3. scilicet maiorem moram et in medium et in minorem. mi-
nor autem mora continet 28. dies. Media mora continet 273. Maior mora co-
ntinet 288. dics. Et differentia inter maiorem et minorem sunt 30. dies. Istud est in-
telligendum de his que nascuntur secundum cursum naturalem. De abortuis
autem et de his qui nascuntur in septimo mense hec regula non tenet. Quantitas
autem more infantis in utero accipitur a loco lune in figura hora natuitatis. Si
enim in hora natuitatis luna fuerit in principio septime domus super terram: scilicet
supra orizontem occidentalem: tunc infans fuerit in utero matris per moram
minorem: scilicet per. 258. dies. Et si luna fuerit in hora natuitatis in gradu ascen-
dente: tunc infans stetit in utero per moram medium. scilicet per. 273. dies. Et si
luna fuerit hora natuitatis in gradu qui est ante gradum occidentis: tunc infans
stetit in utero per moram maiorem. scilicet. 288. dies. Et nota quod cum luna in na-
tuitate est in parte occidentali prope orizontem si astronomus credit eam esse su-
per terram quando est sub terra vel econtra errabit in hora conceptionis per. 30.
dies. Si vero luna fuerit super terram elongata ab occidente idest inter ortens et
occidens mora in utero est maior minor mora et minor media. Dico quod est maior
minori mora secundum quantitatem elongationis lune ab occidente. Et si luna
fuerit sub terra elongata ab ascendentis mora in utero est maior media et minor
maior et est maior media secundum quantitatem elongationis ab ascendentis. Cu-
secundum hanc viam volueris gradum ascendentis natuitatis alicuius investi-
gare constitue ascendentis ad horam natuitatis secundum estimationem pro-

natis que fuit. 2. gradus. 25. minuta. 38. scđa quā partē p̄positionalem etiā subtraxi a significatore circuli directi: quia fuit maior significatore regionis et remanerunt gra. directionis qui fuerunt. 27. gradus. 32. minuta. 21. secundo. accepi p̄ quolibet gradu vnum annum et pro quibuslibet minutis. 5. residuis vnum mens. et pro quolibet minuto. 6. dies; et pro quolibet lecto. 6. minuta dierum cujus completum fuerit hoc tempus a tempo re nativitatis: cuius figura fuerit hoc modo disposita moritur natus. Quando vero significator est inter ascendens et angulum terre operaberis cum distantia ab ascendenre et cum medietate et arcus nocturni: et non differt in alio. Cum volueris dirigere contra successionem signorum si significator fuerit inter medium celi et ascendens operaberis cujus distantia ab ascendenre et cum medietate arcus diurni. Si significator fuerit inter angulum terre et gradum occidentis operaberis cum opposito gradus significatoris et gradu opposito loci ad quem vis dirigere: et tunc est opus tuum inter medium celi et ascendens. Et si significator fuerit inter gradum occidentis et medium celi operaberis similiter cum gradibus oppositis: et tunc est opus tuum inter ascendens et angulum terre. Nota tamen q̄ secundum modum dicum diriguntur significatores quando non habent latitudinem. Quando autem significatores habent latitudinem difficultor est modus: et propter hoc factum fuit instrumentum ad dirigendum planetas habentes latitudinem et illud instrumentum vocatur directorium. Videlicet compotorum seu inventorum illius instrumenti q̄ significator habens latitudinem non possit dirigi per tabulas ascensionum: vel non sine magna difficultate. Ego autem dico q̄ instrumentum suum non est sufficiens: nisi sit maxime quantitatis: ita q̄ possit recipere minuta: tale autem vir potest fieri. In directionibus enim vi plurimum accipitur pro quolibet gradu vnum annus. modo si in directionibus instrumentum non sit diuisus nisi per gradus vir intuinetur in eo certudo usq; ad annum: et hoc si instrumentum sit bene factus: ita q̄ non sit error inducendo: hoc autem non sufficit. Ego dico tibi q̄ significator habens latitudinem potest dirigiri ad locum habentem latitudinem per tabulas ascensionum: et non vidi modum expositionis in aliquo libro. Modus autem est iste cum volueris dirigere significatorem habentem latitudinem ab ecliptica ad corpus aliquius planeti etiam habentis latitudinem vel ad radios aliquos habentis latitudinem: quere primo: gradum cum quo significator mediat celum sive doctrinam canonum primi mobilis. Deinde quere gradum cum quo mediat celum locus ad quem vis dirigere sive eandem doctrinam: et accipies gradum cum quo significator mediat celum pro loco significatoris: et per hunc scies distantiam significatoris a medio celi vel ab ascendenre per modum prius dictum: nec plus nec minus: et accipies locum cum quo mediat celum locus ad quem debet dirigiri pro loco ad quem debet dirigiri: et cum istis duobus queres significatorem circuli directi per modum prius dictum. deinde quere gradum cujus quo oritur significator: regione sua sive doctrinam canonum primi mobilis: quere etiam gradum cum quo oritur locus ad quem debes dirigiri sive codem canones. Deinde cum gradu cum quo oritur significator queres medietatem arcus diurni vel nocturni per modum prius dictum: et queres significatorem regionis cum istis duobus gradibus. sive cum gradu cum quo oritur significator et cujus gradu cum quo oritur locus ad quem debet dirigiri in alio non differt optis. Dico tibi amorem et breviter oportet querere gradum in quo significator mediat celum et gradus

etiam quo mediat celum locus ad quem debet dirigi cum primis duobus oportet
querere significatorem circuli directi: cum alijs duobus oportet querere signifi-
catorum regionis. Cum gradu cujus quo significator mediat celum opus querere dista-
tia a medio celi si fuerit inter medium celi et ascendens: cuius gradu cujus quo oritur signifi-
cator opus querere medietatem arcus diurni vel nocturni. Si autem significator fuerit in
ter ascensorem et angulum terre opus querere distantiam significatori ab abscedente
cum gradu cum quo oritur significator et cujus eodem medietatem arcus nocturni
in omnibus alijs est idem opus cum opere prius dicto. Est etiam unus alius ca-
sus qui potest contingere in directionibus quoniam significator et locus ad quem debent
dirigi habent latitudinem: aut unus eorum habet latitudinem. Potest enim co-
tingere quod significator dirigendus et locus ad quem debet dirigi simili veniant
ad lineam meridianam: ut et ambo mediant celum cum eodem gradu: licet non
sint in eodem gradu in eccliptica. Si aliquis istorum casuum eveniat: tunc opera-
beris eodem modo quo dicam. Si significator et locus ad quem debet dirigi
veniant cum eodem gradu ad medium celi: quia non sunt aliqua ascensiones in
circulo directo inter eos pones pro significatore circuli directi. Postea queres
significatorem regionis accipiendo ascensiones in circulo oblique a loco cujus quo
oritur significator usque ad locum cum quo oritur locus ad quem debet dirigi: et
totum illud. scilicet significatorem regionis multiplicabis per distantiam signifi-
catori ab angulo et productum dividens per medietatem arcus diurni vel no-
cturni. et provenient pars proportionalis quam tenetibus pro gradibus directionis.
Si autem significator dirigendus: et locus ad quem debet oriri oriuntur cujus uno
et eodem gradu pones pro significatore regionis. et significatorem circuli direc-
ti multiplicabis per distantiam significatori ab angulo: et divide per medietatem
arcus diurni vel nocturni: et provenient pars proportionalis quam tenetibus pro
gradibus directionis. Ponere de omnibus exempla esset nimis longum. Et in-
tendo domino concedente in fine istius expositionis ponere equationem unius
nauitatis: in qua patebit modus inuestigandi ascendentem eligendi hylech et
alcochoden: et ponam ibi alias projectiones radiorum et alias directiones:
sufficienter hec de opere directionum. Dicit auctor in littera cognitis annis dire-
ctionis si volueris scire locum istius directionis in zodiaco adde annos directionis
super ascensiones circuli directi gradus significatori si significator fuerit in
medio celi vel in angulo terre et rediges ad gradus eequales in circulo directo: et
vbi perduxerit numerus in circulo signorum: ibi est locus directionis: et dicimur
locus divisionis et dominus termini illius loci dicitur divisor. Si significator fue-
rit in ascenciente adde annos directionis super ascensiones regionis gradus si-
gnificatori. et redigat gradus eequales in circulo oblique: et vbi perduxerit nu-
merus in circulo signorum ibi est locus divisionis: et dominus termini illius lo-
ci est divisor. Et istud est idem opus cum opere de projectionibus radiorum: et
quando feceris directionem et feceris istud opus inuenies in fine eundem locum
ad quem directisti: nisi significator haberet latitudinem.

Et ex hoc algebutar in nativitatibus. In hoc capitulo auctor docet dirigere gradus ascendentem in nativitatibus. Sententia litterae est talis. Considera in cuius planete termino sit gradus

ascendens et considera finem illius termini. Deinde quere ascensiones gradus ascendentes in circulo obliquo per tabulam tue regionis et serua eas: quere etiam ascensiones finis illius termini per eandem tabulam a quibus substrahere ascensiones gradus ascendentes et gradu. qui remanserint sunt gradu directionis. accipe pro quolibet gradu annum unum, et pro quibuslibet quinque minus unum mense: et pro quolibet minuto. 6. dies et pro quolibet secundo duas horas. et 24. minuta hora: et planeta qui est dominus termini est dispositor annorum sive divisor. postea considera finem termini; immediate sequentis: et substrahere ascensiones finis termini precedentibus ab ascensionibus finis termini illius: et remanebunt gradus directionis accipe sicut primus pro quolibet gradu. annum unum et cetera. et do minus illius termini est dispositor sive divisor et isto modo facies ad fines cuiuslibet signi secundum ordinem signorum usque ad finem vite. Et si fuerit in aliquo termino aliquis planeta vel radij alicuius planetae illa planeta erit particeps in divisione. Exemplum in hoc pono quod ascendens alicuius nativitatis fuit quartus gradus virginis completus ad dirigendum gradum istum considera primo in eum planete termino est iste gradus. et patet primo quod in termino mercurii durat terminus usque ad finem septem gradus virginis. quecum ascensiones gradus ascendentes in orizonte obliquo in regione cuius latitudo est. 48. gradus et inueni. 1. 44. gradus. 27. minuta. quecum etiam ascensiones finis termini. scilicet finis septem gradus virginis et inueni. 48. gradus. 33. minuta. Subtrahi ascensiones gradus ascendentes ab ascensionibus finis termini et remaneat. 4. gradus. 6. minuta. dedi cuiuslibet gradu annum et quibuslibet 5. minutis unum mensem et cuiuslibet minuto. 6. dies: et fuerint quatuor anni id est mensis. 26. dies. et mercurius dominus termini fuit dispositor istorum annorum. Deinde considerauit terminum immediate sequentem qui est veneras et durat usque ad finem. 17. gradus virginis quecum ascensiones finis termini illius scilicet veneras et inueni. 162. gradus. 15. minuta a quibus substraxi ascensiones finis termini precedentis mercurij: et remanserunt. 13. gradus. 44. minuta. qui fecerunt. 13. annos. 8. menses. 12. dies. et venus dispositus hos annos. in fine istius termini fuit etas nati. 17. anni. 9. menses. 18. dies. Deinde sequitur terminus Iouis qui durat usque ad. 21. gradum virginis completum. quecum ascensiones eius et inueni. 167. gradus. 93. minuta a quibus substraxi ascensiones finis termini precedentibus: et remanserunt quinque gradus. 28. minuta que fuerint quinque annos. quinque menses. 18. dies: et Jupiter fuit dispositor isto: quin annorum. Factaque est etas nati in fine istorum annorum. 23. annis tres menses. sex dies. Deinde sequitur terminus martis et faciendo est ut prius: et finis istius ordinem est directio continuanda usque ad finem vite: et quotiens directio peruenit ad corpus vel radios infortune veniet nato infirmitas vel impedimentum in corpore suo secundum naturam illius infortune nisi fortuna aspergiret ipsum locum. unde enim minuerit malum.

Hoc duodenaria planetarum et
domorum. In hoc capitulo auctor docet inuenire dominum duodenarie. Intelligendum est ad evidentiam istius capituli quodlibet signum intelligitur dividiri in duodecim partes: et quilibet pars est de duobus gradibus et 30. minutis. Hispanensis ponit. hoc capitulo: et duo capitula sequentia inter dignitates planetarum: et dominus prime duodenarie est dominus illius signi. Dominus

secunde duodenarie est planeta succedens descendendo et sic secundum ordinem.
Uerbi gratia: dominus prime duodenarie arietis est mars. secunde sol. tertie ve-
nus. quarte mercurius. quinte luna. sexte saturnus. septente Jupiter. octaua iterum
mars: et sic secundum ordinem. Sententia auctoris est talis. Cum volueris scire
duodenarias planetarum vel domoz vide quantum transiuit planeta de signo
in quo est aut de domo in qua est et numerum illorum. graduum multiplicata per
duodecimi: et super numerum productum adde numerum graduum quos mul-
tiplicasti. et quod collectum fuerit projece ab initio signi in quo est planeta dando
vniuersaliter signo. 30. et vbi finitus fuerit numerus ibi erit duodenaria.

Et ex hoc anaubarach. Hic docet inuenire dominum no-
uenarie. Sententia enim est ta-
lis. Cum volueris scire nouenariam sive dominum nouenarie aliquius planete:
vide quod gradus pertransiuit planeta de signo in quo est vel de domino in qua
est. et dividet totum illud signum in. 9. divisiones. et erit quilibet diuisio ex tribus
gradibus. 20. minutis. Deinde videt in qua parte illius diuisio fons sit planeta et
dabat primam diuisione domino signi mobilis eiusdem triplicitatis. et secun-
dam diuisione domino signi sequentis: et sic eundo secundum ordinem signo-
rum quoniam venias ad illam nouenariam in qua est planeta cuius queris domi-
num nouenarie. Uerbi gratia: pono quod sol in. 24. gradu aquarii. ad scienduz
dominum nouenarie gradus solis dedi primo tres gradus aquarii et 20. minu-
ta domino signi mobilis eiusdem triplicitatis est autem aquarius de triplicitate
aerea. Signum mobile illius triplicitatis est libra: dominus eius est venus. est er-
go venus domina prime nouenarie aquarii. scilicet primoz trium graduum. et
20. minutorum. Deinde dedi secundam nouenariam marti domino signi sequen-
tis. scilicet scorpionis et completi: tunc fuerunt a principio aquarii. sex gradus. 40
minuta. Deinde tertiam nouenariam dodi. scilicet domino sagittarii qui suc-
cedit scorponi et completi fuerunt: tunc a principio aquarii. 10. gradus. Dedi quar-
tam nouenariam saturno domino capricorni qui succedit sagittario: et completi
fuerunt a principio signi. 13. gra. et 20. minuta. Dedi quintam nouenariam saturno
domino aquarii: et completi fuerunt. 16. gradus et 40. minuta. Dedi sextam
nouenariam loqui domino pisces et completi fuerunt a principio signi aquarii. 20.
gradus. Dedi septimam nouenariam marti domino arietis: et completi fuerunt
a principio signi 23. gradus: et 20. minuta. Dedi octauam nouenariam veneti do-
mino thauri. illa ergo est diuisio nouenarie solis in casu proposito: et completi fue-
runt: tunc gradus. 26. et minuta. 40. aquarii. Quando ergo inuenies in libris in-
dicatorum de domino anaubarach luminarium si fuerit in die intelligitur de do-
mino nouenarie solis. si in nocte de domino nouenarie gradus lunc. Allia que au-
cio: dicit patet legendo litteram.

Et ex hoc adoringen. Hic docet inuenire decanum. Sente-
dens in tres partes: et quilibet diuisio erit ex decem gradibus. dabis primum
diuisionem domino ascendentis. secundam domino secundi signi: et tertiam do-
mino tertii signi. Quile dicere: quia prima diuisio est domini eiusdem signi quod
ascendit. Et secunda diuisio est domini signi sequentis eiusdem triplicitatis.

Tertia dominio est domini tertii signi illius triplicatus. ita q̄ tres decani sunt domini triū signorum vnius triplicatus. Auctor ponit exemplum tale in littera. *Pro*
sito q̄ prima facies arietis sit ascendens eius decanus est mars. Si secunda fa-
cies est ascendens eius decanus est sol dominus leonis secundi signi eiusdem
triplicitatis; et si tertia facies sit ascendens eius decanus est iupiter dominus sa-
gitarii quod est tertium signum illius triplicitatis. Et si prima facies leonis sit
ascendens eius decanus est sol dominus eiusdem signi. Secunda facies sit ascen-
*dens eius decanus est iupiter dominus signi quod succedit leoni in eadem tripli-*citate.** Si tertia facies sit ascendens eius decanus est mars dominus tertij signi a-
leone in eadem triplicitate: scilicet arietis. et secundum hunc modum intellige de
alijs triplicitatibus.

Ex hoc dominus orbis. In hoc capitulo ponit ordinem ī
domino horarum in nativitatibus. Sententia littere est talis. Aspice ī q̄
hora natus egreditur vixit et dominum illius hore: da primo anno nativitatis
*et per illum significatur esse nati in eodem anno quantum ad sanitates vel infir-*mitates corporis nati sicut per dominum ascendentis.* Et dabis dominum hore
sequentis secundo anno, et per eum significatur esse substantie in eodem anno sicut per
dominum dominus substantie. Dabis dominum tertie hore tertio anno ab ho-
*ra nativitatis, et per eum significatur esse fratum in illo anno sicut per do-*minum tertie dominus.* et isto modo facies de alijs dominis horarum cuncto se-*cundum ordinem horarum et dominorum usq; ad finem vite, et planum est in litte-*ra quod dicit.* Exemplū in hoc ponat q̄ quidā natus fuit in die solis hora quar-*tazque hora quarta est hora lune, erit luna dominus primi anni, et ab ea accipitur*
esse corporis. Hora sequens est saturni, erit ergo saturnus dominus secundi anni, et ab
*eo accipitur esse substantie in illo anno, et sic per ordinem.****

Et ex hoc dispositio darie. In hoc capitulo auctor
doceat ordinare annos fri-
darie et gubernationis planetarū in nativitatibus. Sua littere talis est si nativita-*tis fuerit in die incipit fridarie a sole et gubernat ipsum natum sol sicut quantitate*
annorum sive fridare qui sunt decem. Post solem gubernat ipsum venus et q̄z
tatē annorum fridarie eius qui sunt octo. Post venere gubernat mercurius p. 13. an-*nos.* deinde luna p. nouē annos. deinde saturnus per. 11. deinde iupiter p. 11. an-*nos.* deinde mars per. 7. annos. deinde caput draconis per tres annos. deinde
cauda draconis per duos annos. deinde reuertitur dispositio ad sole et vadit per
ordinem planetarū sicut prius: numerus autem omnium annorum est. 73, et qui transit hanc
numerorum annorum reuertitur ad disponē primā sicut q̄ possibile est. si autem nativitas
est in nocte incipit fridarie a luna et disponit luna annos suos. deinde saturnus
deinde iupiter. deinde mars. deinde sol. deinde venus: postea mercurius. deinde re-*uertitur ad lunam et vadit sicut ordinem planetarū sicut prius.* Et quando aliquis
*planeta disponit annos sive fridarie disponit ipse septimam partem illorum an-*norum solis.* In secunda autem septima participat ei planeta frequens qui ei suc-*cedit.* In tercia autem participat ei planeta tertius. In quarta quartus. Et in quin-*ta quintus et sic usque ad septem septimas et septem planetas.* Terci gratia: po-*no q̄ natus fuit quis in die: incipit ergo fridarie a sole et gubernat ipsum sol sicut**

quantitatem annorum fridarie sue: qui sunt decem anni, et gubernavit ipse sol
solus septimam partem istorum decem annorum, scilicet per unum annum sola
rem, 2. 156. dies, et 12. horas. Hec est enim septima pars decem annorum. In se-
cunda septima parte horum decem annorum habuit venus participationem eius
sole in fridarie dispositioe per unum annum 2. 156. dies, 2. 12. horas, et transierunt
eum nato duo anni 3. 13. dies completi, deinde habuit participationem cum sole
in dispositione fridarie mercurius per unum annum, 2. 156. dies, 2. 12. horas, et in
fine huius divisionis transierunt nato quartuor anni solares, 10. 4. dies, 6. horas;
deinde habuit participationem cum sole luna per eadem septimam, 10. annorum,
et in fine huius divisionis transierunt nato quinq[ue] anni, 260. dies, 18. horas, deinde
habuit participationem cum sole saturnus per septimam partem, 10. annorum
et in fine huius divisionis transierunt nato septem anni, 52. dies completi, deinde
habuit participationem cum sole iupiter in dispositione fridarie per eandem se-
ptimam, et in fine huius divisionis transierunt nato, 8. anni solares, 208. dies, 17.
horae; deinde habuit participationem cum sole in dispositione fridarie mars in vi-
tima septima parte decem annorum, et in fine huius divisionis transierunt nato
10. anni completi. secundum hunc modum est faciendum in fridarijs omnium
planistarum. Caput autem draconis et caudam quislibet eorum disponit per se an-
nos fridarie sue sive partationem planetarum. Narrare autem eventus contin-
gentes nato in qualibet barum divisionum esset nimis longum. Ita daly autem aben-
tagel in suo libro magno complete posuit omnes divisiones et iudicia cuiuslibet
divisionis, ideo qui volunt hec iudicia legant lubrum illum.

Ex hoc almanar. In hoc capitulo docet quis
planatarum sit elevatus super alterum. Intentio sua est quod planeta qui fuit altior in circulo suo die-
ni, scilicet in epicyclo dicitur elevatus iuper alterum elevatione de qua hic loqui-
tur, et hoc est quod dicit ptolemy in. 63. propositione centiloqui. Dicit enim
oporet aspicere in coniunctione. Saturni et iouis in eodem minuto ad elevatio-
ne in unius super alterum; et iudicia cum fortitudine nature eius in hoc mundo.
Et similiter fac in. 21. coniunctionibus residuis. haly ibidem dicit in commento
elevatione planete super planetam est ut sit remollio eius ab auge sui circuli bre-
vius s. et ille dicitur elevatus iuper alterum. Autem autem in littera iubet aspic-
te medium locum planete et verum locum planete, et si verus locus planete fuerit
sit minor medio motu planeta est descendens a superiori parte epicycli veritus in-
feriori partem. Si vero verus locus planete maior medio motu fuerit plane-
ta est ascendens ab inferiori parte epicycli veritus superiori partem; et ut brevis-
ter dicatur: si argumentum equatum planete fuerit minus sex signis communibus
est descendens, et si plus est ascendens; deinde iubet auctor substrahere medium mo-
tu planete de vero motu eiusdem si medius motus fuerit minor vero: vel con-
tra: si fuerit maior: ita videlicet: quod minor substrahatur a maiori: et residuum iubet
multiplicare per septem: et numerum prouentientem iubet dividere per. 2. 2. et nu-
merum quotientem iubet tenere pro elevatione quando ascendit vel pro depre-
sione quando descendit. De venere et mercurio iubet desplicere differentiam in-
ter locum cuiuslibet eorum et locum solis: et iubet facere sicut in aliis. Modus
pius dictus secundum sententiam ptolemei videtur mihi melior et certior: dictus

de dicit auctor qd fortior significatio planetarum est cum vntis eorum fuerit elevatis super alterum in coniunctione. In oppositione autem et in quarto aspectu erit significatio minus apparenſ. et si unus planeta fuerit ascendens et alter descendens ille qui fuerit ascendens vadit supra descendente. et si viceq; fuerit ascendens ille vadit super alium; qui fuerit maioris ascensionis. et si viceq; fuerit descendens ille vadit super alium; qui fuerit minoris ascensionis. Dicitur enam alio modo planeta elevari super planetam quantum ad altitudinem: quia septentrionalis vadit super meridianum. Et si fuerit ambo septentrionales ille quis fuerit plus septentrionalis vadit super illum qui fuerit minus septentrionalis. Si vero fuerit ambo meridionales ille qui fuerit minores latitudinis vadit super illum qui fuerit maioris latitudinis. Si fuerit planetarum in ecliptica carens latitudine tunc planeta septentrionalis vadit super eum et ipse carens latitudine vadit super meridianum.

Ex hoc apertio portarum. Dicitur apertio portarum quando inferior: iungitur superior: et cum hoc fuerit eorum dominus opposite. Verbi gratia: quando luna coniungitur cum saturno vel eti alpic: tunc est apertio portarum. Similiter quando sol coniungitur saturno: dominus enim solis et lune sunt opposite dominibus saturni. Similiter fit apertio portarum quando mercurius coniungitur Ioui: quia ambe dominus virtutis sunt opposite. Similiter quando insigunt venus marti sit apertio portarum: quia eorum dominus sunt opposite. Dicitur spalensis qd venus significat humiditatem. Mercurius significat ventos. saturnus nebulas et frigus. mars vetos a dextro. id est meridie et calorem upiter temperiem et ventos a sinistro. id est septentrione. Dicit idem spalensis qud luna separatur a coniunctione aliquicun planete vel ab eius aspectu et coniungitur alteri plane et sunt illorum planetarum dominus opposite. hoc est apertio magnarum valuarum: in qua necesse est venire ventos vel pluvias: ut est ex natura illorum planetarum. verbi gratia: luna qud separado a venere coniungitur marti: aut separado a mercurio coniungitur Ioui: aut separado a sole coniungitur saturno. hoc est apertio magnarum valuarum.

Et ex hoc albitem. Hic loquitur de horis fortunatis et fortunatis: dicit qd in diu iuenerat. 12. horas post coniunctionem solis et lune et dant eas soli: et dividunt eas in tres partes: et indicat super prima: quorū horas hz: indicū priam dñi triplicatus loci solis. et indicat super quattuor secundas finē iudicium sedi dñi triplicatus loci solis. et super quattuor ultimas finē iudicium tertii dñi triplicatus loci solis hora punctionis. Postea dāt venere. 12. horas sequentes et dividunt eas similiter in tres partes: et indicat super qualibet quatuor: finē iudicij dñi triplicatus loci venereis hora punctionis. Postea faciūt similiter cū mercurio et luna et cū ceteris planetis finē ordinēz planetarū: donec revertatur orbis ad solem post. 84. horas. et tunc recipiunt a sole finē eundem ordinē. et hore punctionis usq; ad punctionem scđam. Et quidam dicit qd post punctionem sunt. 12. hore que vocant cōbustę in quibus non est bonū incipere aliquid opus. et post has 12. combustas sunt. 72. hore icombustę in quibus nullus est incepio operum: et post has. 72. incombusas iterum sunt duodecim combustas. et iterum post illas. 72. incombusas. et post eas. 12. combustas. et sic usq;

ad coniunctionem sequentem. Et ut breviter dicatur omnes. 12. hore que datur soli secundum ordinem planetarum sunt combuste. 2. 72. que sunt aliorum planetarum sunt incombuste. Deinde dicit auctor et diuidit has. 12. horas combustas in tres divisiones et quilibet diuisio erit ex quatuor horis. Et dicunt quidam qd qui incepit bellum in quatuor primis horis combustis tumenda est perditio anime sue. Auctor non intelligit perditionem anime post vitam istam; ita qd post separationem anime a corpore rapiant eam a diaboli et deducant ad inferos. Sed intelligit anime perditionem idest amissionem vite presentis et hoc modo intelligitur in omnibus locis iudiciorum astronomie. De ista enim perditione pertinet ad eos loqui. De prima autem perditione pertinet theologia. Et qui incepit bellum in secundis quatuor horis tumendum est detrimentum sui corporis. scilicet absq; perditione vite; et qui incepit bellum in ultimis quatuor tumenda est perditio omnium que possidet et tumetur perditio illorum que pertinere ad ipsum; et sic completa expositio quarte differentie alchabitij introducitorij ad magnetum iudiciorum astrorum.

O Differencia quinta in commiendo

Ratione vniuersarii ptes. Ista est quinta dñia istius libri in qua auctor docet, p lectione qd et pote diuidi in duas ptes: quoniam in prima pte ponit partes que cadunt in nativitatibus. Et in secunda parte ponit partes que cadunt in revolutionibus annorum mundi. Secunda pars incipit ibi; et quia auxiliante deo. Prima pars diuiditur in duas partes: quoniam in prima parte dat modum projectionis partium in generali et exemplificat de parte fortune. In secunda parte ponit in speciali partes. 12. domorum. Secunda pars incipit ibi. incipiamus. Itaq; post partem fortune. Sententia prime partis est talis. Modus in projectionibus partiu; est qd accipiuntur gradus equeales qui sunt inter unum locum et aliuj; et numerus iste p: ojicitur ab ascendentे vel alio loco. vel addiuntur super gradus equeales qui fuerint inter ambo loca gradus qui sunt ab initio signi ascendentis et productus computatur ab initio signi ascendentis dando cuiuslibet signo. 30. gradus. et ubi finitus fuerit numerus ibi est pars fortune. Terci gratia; pono qd si sol in fine sexti gradus piscium et luna sit in fine. 1. 4. gradus geminorum et gradus ascendentis sit. 10. gradus arietis. subtraham verum locum solue a vero loco lune et remanent. 98. gradus super quos addam. 10. gradus qui sunt a principio arietis usq; ad gradum ascendentem et prouenient. 108. gradus incipiam proiecere ab initio arietis dando cuiuslibet signo. 30. gradus; et terminatur numerus iste in. 28. gradu cancri. ibi ergo est pars fortune in exemplo preposito.

Incipiamus itaque.

In hac parte ponit projectionis partium secundum ordinem. 12. domorum ponendo in qualibet domo partes ad illam pertinentes. Et potest vidi in tota partes quot sunt domus ubi partes incipiunt patet in littera. Prima ponit partes prime domus et sunt sex. Prima est pars vite. Secunda est pars hylech. Tertia est pars futurorum sive pars dignitatis. Quarta est pars dilectionis et concordie. Quinta est pars stabilitatis et durationis. Sexta est pars animositatis et audacie. Dicit in littera cujus volueris scire partem vite accipe gradus qui sunt a Jove usq; ad saturnum in die et in nocte gradus qui sunt a saturno usq;

ad Iouem et proisse ab ascendentे. Albumazar dicit in suo introductorio magno q̄ hec pars significat vitam naturalem et esse corporis acyctus q̄ si fuerit boni esse significat prolixitatem vite et sanitatem corporis et gaudiū anime. Si fuerit impedita significat paucitatem vite et multitudinem infirmatum animos merorem ac tristitiam. Deinde dicit auctio: pars hylech accipitur a gradu coniunctionis que precedit nativitatem: si nativitas fuerit coniunctionalis vel a gradu preventiois, id est oppositionis: si nativitas fuerit preventionalis usq; ad gradum lune et projecta ab ascendentē nativitatē: ubi finitus fuerit numerus ibi est pars hylech. Albumazar dicit q̄ hec pars dirigitur quemadmodū diriguntur hylech per gradus, et ducitur eius profectione per signa quemadmodū fit de hylech, cū, q̄ peruenienteis directio vel profectio ad malos significat impedimentum et periculum. Et erant multi sapientum astrologorum cum invenirent hominem patientem pericula maxima in quibusdam temporibus, et non invenirent in eodē tempore suum hylech peruenisse ad loca malorum, nec invenirent idem impedimento patentem significacionem in revolutione eiusdem anni nesciebant causam, huius rei. Et ideo latebat eos hoc: quia non dirigebant hanc partem et si direxissent eam inveniens hoc malum accidere in eodem tempore quo peruenisset hec pars ad loca quedam significantia ipsum periculum. Pars futurorum accipitur in die a luna usq; ad solem: et in nocte contra: et projectur ab ascendentē et proprietates istius partis s̄m. Albumazar est significare animam et corpus et esse eorum, et significat fidem et prophetiam et regionem et dei cultum et secreta et cogitationes atq; intentiones et res occultas et celatas: et omne quod absens est ex rebus per hunc modum applicabis iudicia in alijs et a quo loco in quem accipitur quelibet et a quo loco projectatur patet in littera.

Secunda domus. Hic ponit partes secunde domus et sunt tres. Prima est pars substancialis. Secunda est pars pauperialis et parvitatis ingenii. Tertia est pars beatitudinis triumphi et victorie. Albumazar dicit q̄ pars substancialis significat profectum et victimum ac cibum quibus subserviantur corpora que si fuerit in bono loco significat bonum esse in substantia cibo et victimi. Et si fuerit impedita significat malum esse in his que diximus. Leteras autem species fortune apparentes ex substanciali scilicet que thesaurizatur et servatur ac acquiruntur significant ceteri significatores substancialis et pars fortune.

Tertia domus. Hic ponit partes tertie domus et sunt due. Prima est pars fratrum. Secunda est pars benivolentie fratrum. Dicit albumazar quod pars fratrum et dominus eius, id est dominus signi in quo ceciderit significat esse fratrum et concordiam eorum atq; dilectionem peregrinationemq; eorum et absentiam. Post hec aspice si hec pars et dominus eius ceciderint in signis multorum filiorum multiplicabuntur fratres et si ceciderint in signis pancorum filiorum erunt pauci. Et si volueris scire numerum eorum accipe numerum signorum que fuerint inter partem et dominum domus in qua ceciderit aut quot fuerint inter ipsum dominum et partem et pone uniuersus signo unum. Et si fuerit inter eos signum eōe duplia numerum eiusdem signi. Et si fuerit inter ipsam partem et dominum do mus in qua ceciderit aliquis planeta accipere ei etiam unum. Albumazar etiam

po nit partem vnam in hac domo que vocatur pars mortis fratrum: et dicte qd accipitur inde a sole in gradum mediij celi et in nocte ecotra. et augentur de super gradus ascendentis et proiectur ab ascendent. et quotienscumqz peruenierit hec possum directionem ad significatores fratrum et sororw dancio vnicuiqz gradui vnuqz annum aut per profectionem dando cuiuslibet signo annum eveniet fratribus et sororibus aliquid horibile. aut aliquis eorum morietur.

Quarta domus. Hic ponit partes quarte domus et sunt sex. Prima est pars patrum. Secunda est pars mortis patris. Tertia est pars annorum. Quarta est pars hereditatum et possessionum. Quinta est pars nobilitatis nati utrum sit filius illius cui imponitur vel non. Sexta est pars finis rerum. Albumazar dicit quod pars patris significat esse patris et eius nobilitatis atque generis. et si hec pars fuerit bona esse pater erit nobilis. Et si dominus dominus huius partis fuerit boni esse pater erit fortunatus. Si vero fuerit mali esset erit laboriosus. A secunda parte huius domus que est pars mortis patris accipitur causa mortis: et quotienscumqz profectio anni peruenierit ad hanc partem vel ad dominum eius significat periculum patri. et sim. iter cum peruenierit aliquis eoz ad significatores patris.

Quinta domus. Hic ponit partes quinte domus et sunt septem. Prima est pars filiorum. Secunda est pars temporis in quod debent haberi filii. Tertia est pars proprieatis scitur masculinitas vel femininitas. Quarta est pars per quam scitur de nato de quo sit interrogatio utrum sit masculinus vel feminina. Quinta est pars ad quaz cu[m] peruenierit iupiter est significatio filii. Sexta est pars dilectionis filiorum. Septima est pars scientie filiorum. Dicit Albumazar si pars filiorum cecidrit in signo multorum filiorum habebit multos filios. Si vero ceciderit in signo sterili non habebit taliquem filium. Si vero ceciderit in signo paucorum filiorum habebit paucos filios. Et si hec pars significauerit filios et fuerit fortunata filii vivent: et si infortunata morientur.

Sexta domus. Hic ponit partes sexte domus et sunt due. Prima est pars azemena idest debilitatis separabilis alicuius membra. Secunda est pars tertiorum. Si pars azemena fuerit coniuncta cum fortunis erit natus sanus in membris suis. Si vero fuerit coniuncta in fortunis habebit moches inseparabiles in membris. et loca in quibus erunt hec rigitudines scitur a locis in fortunis significantibus eas.

Sexta domus. Hic ponit partes septime domus et sunt quatuor. Prima est pars desponsationis virorum. Secunda est pars desponsationis mulierum. et hec accipitur duobus modis. Tertia est delectationis et voluptatis. Quarta est pars nuptiarum. Quando pars desponsationis pertinerit per directionem ad Iovem vel venerem est significatio desponsationis. Etego inueni in una nativitate tempus desponsationis quando dominus partis desponsationis peruenit ad ipsam partem per directionem dando cuiuslibet gradui annum unum.

Ottaua domus. Hic ponit partes octauae domus et sunt quatuor. Prima est pars mortis. Secunda

est pars planete qui interficit. Tertia est pars anni in quo veniet nato mors aut paupertas &c. Quarta est pars contentionis & litigationis. Dicit Albymazar si pars mortis fuerit impedita & dominus eius & non aspergerint eos fortuna interficietur natus morte turpissima. Si vero aspergerint luna erit econtrario. Si luna sol aspergerit partem planete interficiens & ipsa luna fuerit in signo membrorum abscessorum natus interficietur patiendo. Et si luna fuerit impedita abscedetur ei aliquid de membris. Quando pars anni in quo timetur nato mors dominus ei cum domino ascendentis fuerint impediti erit natus multarum infirmitatum & afflictionis in corpore atque substantia: & multotiens appropinquabit perditioni corporis & amissioni substantie. & quotiescumque profectio anni peruenierit ad hanc partem: aut peruenierit hec pars per profectionem: aut directionem ad ascendens aut ad dominum eius inueniet natus pericula in corpore & infirmitatibus & inueniet angustiam & horibilem in substantia. tunc me quogm mortem ex diversis paribus.

Domina domus. *Hic ponit partes nonae domus & sunt due.* Prima est pars peregrinationis. Secunda est pars itineris in aqua. Abiit & accipiuntur peregrinationes nati & vetera per aquas. Albymazar dicit. *E* Si pars itineris in aqua ceciderit in signo aquatico faciet natus multa itinera per aquas: & si ibi fuerit fortunata habebit in suis itineribus profectum ac lucrum: & si fuerit in formata significat contrariis.

Decima domus. *Hic post partem decimam domus & sunt 5.* Prima est pars regionis atque regni. Secunda est pars regis atque regni. Tertia est pars principatis operis regni. Quarta est pars significans utrum sit causa regni vel non. Quinta est pars matris.

Duodecima domus. *Hic ponit partes undecime domus & sunt due.* Prima est pars amicorum secunda est pars significans profectum & dilectionem & amicorum.

Duodecima domus. *Hic ponit unam solam partem in hac domo que est pars inimicorum.* Et hec sunt partes aliae quibus videntur magistri iudiciorum. *Hic ponit quasdam alias partes que non sunt in aliqua domorum & sunt sex.* Prima est pars mendaciarum regnum; secunda est pars rationis & profundationis sensus. Tertia est pars sapientie & discipline. Quarta est pars guerre & preliorum. Quinta est pars pacis. Sexta est pars aspiciendi in revolutionibus annorum: & omnes iste prosciuntur ab ascidente.

Et quia auriliante deo. *Hic auctor posuit partes que cadunt in nativitatibus.* *Hic ponunt partes que cadunt in revolutionibus annoz mudi.* Et potest dividiri in duas partes. quoniam primo ponit partes quibus videntur magistri iudiciorum in revolutionibus in causis regnoz. Secundo ponit partes quibus videntur magistri iudiciorum in pesciendo sicut regis secunda est ibi. Item sunt hic aliae partes. Dicit quod ex paribus que exercent in revolutionibus annoz mudi ad scindere causas regni atque iperij: & ista accipitur a marte in lunâ: & pescatur ab ascendece coniunctionis que significat mutationem regni: & accipit alio modo a gradu ascendentis

conjunctionis in gradum conjunctionis. Intelligendo a gradu ascendentis revolutionis anni in quo est coniunctio vsq; ad locum in quo planete coniunguntur. et nisi hoc modo intelligatur impossibile est. Supponitur enim quod homo sciat gradum ascendentis in hora coniunctionis planetarum superiorum. Illic autem est impossibile secundum q; dicit Abraham Alvenezre: dicitemus si possemus scire diem in qua coniungi debeant: esse hec res magna. Fit etiam pars alio modo vi delicit accipitur a gradu medijs celi revolutionis illius anni in quo fuit coniunctio vsq; in solem et proiecitur a gradu iouis. Secunda pars per quam scitur quantum debeat durare rex regno. Hic accipitur hora electionis regis a sole in .15. gradum signi leonis. Et proiecitur a luna. accipitur etiam a luna in .15. gradum cancri et proiecitur a sole. tercia pars est de tempore electionis regis. hic accipitur hora electionis regis in die a ioue in saturnum et in nocte ecclira: et proiecitur ab aste dente revolutionis anni in quo surrexit rex. Et si iupiter fuerit in signo communis et revolutionis fuerit diurna: et cum hoc fuerit iupiter cadens ab angulo: tunc accipitur a saturno in iouem et addunatur de super. .30. gradus: et proiecitur ab ascidente. Si vero iupiter et saturnus fuerint sibi oppositi et ambo fuerint cadentes ab ascidente accipitur medietas graduum qui sunt inter eos et proiecitur ab ascidente. Et si fuerit iupiter in exaltatione sua et fuerit revolutionis in nocte numeratur ab eo in saturnum et proiecitur ab ascidente. Deinde dicit auctor q; due sunt partes maiorum ex quibus extrahitur tempus electionis regis et eius durationis. Prima earum est ut aspicias horam electionis regis et aspicias ubi prouenit profectio anni a coniunctione triplicitatis que significavit illam sectam in qua est illud regnum secundum q; datur omnibus .30. gradibus annus et omnibus duobus gradibus cum dimidio mensis. et sic secundum istas proportionem vsq; ad horam electionis. et cum scieris in quo gradu signi sit serua illum gradus: quia ab eo equabis primam partem. Et cum volueris equare eam aptabis ascendentis revolutionis anni in quo surrexit ipse electus. Postea respice saturnum et iouem et quis eorum fuerit orientalis a sole accipe ab illo vsq; in gradum equationis partis prime quam seruasti et proiece ab ascidente revolutionis et quo peruenierit numerus ipse est locus prime partis. Nota q; auctor dicit accipe a planeta orientalis a sole et saturno vel ioue: et non dicit quid sit faciendum quando ambo sunt orientales. ego credo q; tunc debet accipi ab eo q; soli fuerit propinquior. Item non dicit quid fieri debet fieri quando nullus eorum est orientalis ut breuiter dicam nescio quid fieri debet: quia non vidi istas duas partes per hunc modum positas in aliquo alio libro. Secunda pars scitur hoc modo. Aspice coniunctione iouis et saturni in qua surrexit rex vel cepit regnum ad quod signum et gradum pertinet profectio anni dando cuiilibet anno .30. gra. et cuiilibet mensi .2. gra. cum dimidio vsq; ad diem in qua surrexit rex et ipse est locus equationis partis secunde serua cum. Post hoc accipe a saturno vel ioue quis eorum orientalis fuerit usq; ad locum partis secunde et proiece ab ascidente revolutionis anni et quo peruenierit numerus ipse est locus partis secunde. Hec sunt partes que significant longitudinem regis et eius durationem. Dicit haly abenragel aspices in revolutionem annorum mundi pro intronizazione intronizati. Primo a saturno que est prima pars. et a ioue que est secunda. et quot gradus. et quot minuta fuerint inter eas et nota hoc. Postmodum considera i quo signo est dñs medijs celi et reducas illos.

gra. ad ascensiones illius signi in quo fuerit et quod inde exierit erit id quod durat anni vel menses aut dies. Et si fuerit in dominibus vel in exaltationibus suis erit anni et si fuerint peregrini in succedentibus erunt menses: alioquin erunt dies. Similiter quoniam sol applicuerit mariti et maria fuerit cursu vacuus non applicabitur saturno significat quod milites mouebuntur contra ipsum intronizatum et venient super ipsum crecti, et pro hoc accidenti ei tristie et anxietates et forte capient cum. Tamen si mars cum hoc applicabitur saturno ipsis naturae continguntur et nullus mouebit contra eum.

Item sunt aliae partes. in revolutionibus annorum mundi Hic auctor ponit partes quae exercent per quas scilicet que res erunt charae et que viles. Sua littere est talis. Cum volueris sci-
re virum aliquem res erit chara vel vilis multa vel pars considera prius illius rei et vide in cuius planete domo vel exaltatione vel termino sive triplicitate cadat ipsa pars
quod planeta si fuerit combustus vel retrogradus aut in aliquo loco maligno vilescebit
res illa et erit prius pessima. Si vero fuerit in loco fortitudinis aut in angulo et maxime
et in medio celi grauabit res illa et erit maioris pessima; et si puererit dominus illius
ad locum descendit sive vilescebit res illa. Vult dicere si planeta huius plures fortitudi-
nes in loco prius fuerit in aliqua dignitatibus suarum et maris in sua exaltatione, aut fue-
rit in aliquo angulo et maxime in medio celi res illa erit chara. et hec conscientia fortu-
titudinis planetae in suis dignitatibus aut in angulis vel succedentibus erit conscientia charistica. Si vero planeta ipse fuerit in casu a domo vel exaltatione sua vel fuerit in
domo cadens ab angulo vilescebit res illa et erit prius pessima. Asperge filii aspectum fortuna-
rum et fortunatarum ad eas. s. pte et ad lunam et dum eius quod sit et quod aspiciatur illa ptem.
Si autem fortuna et luna aspiciatur ipsam ptem multiplicabis eadem res in pte. et si aspe-
cerint ea in fortune determinatum patet res illa et erit vilis et prius pessima. Ego dico tibi quod
si planeta huius plures fortitudines in loco prius in revolutione anni retrogradus
fuerit et cum hoc fuerit in aliqua dignitatibus suarum vel in angulo significat quod res illa
erit chara: sed non in principio anni quando dominus prius est retrogradus. et quoniam ille plane-
ta incipiet dirigiri: ut res illa incipiet esse chara. Eodem modo si planeta dominus prius fuerit
in casu et fuerit directus sicut utilitas rei: is illa utilitas erit maxima quoniam planeta in
incipiet esse retrogradus. Deinde ponit peticiones et incipit a pte tritici et dicit: quod prius
tritici accipit a sole in mari et prius ab ascendente: a quibus locis accipiunt et a quibus
locis percipiuntur prius in libra. Et ut melius pateat modus ponam exemplum de pte tritici in
figura punctiorum precedentium intromissionis solis in arietem et etiam in figura revolutionis anni
istius. s. i. 31. dico quod pars eius secundum vitalitatem tabularum alfonsoni in hora 24 punctis solis
et lune precedentibus intromissionis solis in arietem erit ascendens primus gra. capri. locus solis il-
la hora erit. s. signa alfonsoni. 56. gra. 4. minuta. 36. scda verus locus martis fuit
vnum signum. 4. 4. gra. 17. minuta. 28. scda videobo conscientia est iter sole et martis subtra-
hendo locum solis a loco martis et inuenio. 1. signum. 4. 7. gradus. 34. minuta. 52. scda
quem numerum computabo ab ascendentem et terminam numerus in libra 18. gra. 10. mi-
nuta. 6. scda. Deinde videobo quod est ibi sortitus et inuenio saturnum in illo loco sortito
re: quod est exaltatio sua nosce cuius habet ibi conscientias fortitudines. et est triplicitas sua ratione
ne cuius habet tres sortitudines. est et facies sua ratione cuius habet una sortitudinem: habet ex-
alatio saturnus in loco prius tritici. 8. sortitudines. Post saturnum est venus quod est do-
minus sua et habet 5 sortitudines. et iupiter habet ibi terminum. Aspiciatur statim cuiuslibet
estorum in figura et secundum statum eorum videobo de sorte tritici. Aspiciatur primo ad saturnum
quod statim habet in figura: et impetratio ipsum in angulo terre non distat ab angulo p-

4.gra. siḡ hoc q̄ triticū d̄z esse charū: nō tñ multū: q̄ angulus non est fortis fortior enim anguloz q̄tū ad hoc est mediū celū: deinde ascēdens postea angulus terre & ultimo angulus occidētalis: tñ q̄ saturnus ē retrogradus & in loco suo pegrin⁹ nulla h̄ns in loco suo dignitatē siḡ q̄ triticū in principio anni erit p̄i p̄i. Et q̄n saturnus icipiet dirigi ascendet p̄iū eius & erit magis charū. hec est significatio saturni. Deinde aspicā ad statū venēris & iūno eā in domo. II. sua p̄pria domo siḡ hoc s̄lī q̄ triticū erit aliquātūlū charū. Prospiciā ēt cādē p̄tē in figura reu-
lutionis anni eiusdē. Dico qđ ascēdes revolutionis s̄m tabulas p̄dictas erit. 4.gra.
15. minuta. 16. sc̄da librē. Distātia uter solē & martē erit. I. signū. 45.gra. 3. minuta.
59. sc̄da. ēputabō h̄ic numerū ab ascēdente: & terminat numerus in capricorno.
19.gra. 19. minuta. 75. sc̄do mars h̄z in loco iūstus p̄tis exaltationē & triplicitatem
h̄z ergo ibi septē fortitudines saturnus h̄z ibi domū & faciē. h̄z ergo ibi sex fortitudines
mars est fortior in loco & ipse in angulo mediū celi siḡ hoc q̄ triticū d̄z esse
charū: h̄z q̄ mars ē in casu ab exaltatione sua nō erit charū dōec exuerit casuz suū.

Latus deo.

Cfinitur scriptum super Alchabitium ordinatum per
Joannem de saxonia in villa parisensi. Anno. 1331.

Correctum per artūm & medicinę doctorem
magistrū Bartholomeū de altē & nūsa.

Impressus Venetijs p̄ Melchiorem
Sella. Anno incarnationis dñi

1512. Die 21. Mensis

Januarij.



Res.
3794 J.